Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Q. D. B. V.

EXERCITATIO GENEALOGICA

DE

FAMILIA AVGVSTA CAROLINGICA

ANTIQVORVM MONVMENTORVM AVTORITATE INNIXA

ET

SVB PRAESIDO

IO. DAVIDIS KOELERI

HIST. ET POLIT. PROF. PVBL.
ET VNIV. BIBLIOTHECARII

IN ALMA NORIMBERGENSIVM ACADEMIA

AD. D. IX. APRILIS A. cIↄ Iↄ cc xxv

PVBLICAE DISPVTATIONI SVBIECTA

A

IO ADAMO BETTINGERO
PALATINO-BIPONTINO.

ALTORFII TYPIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/3
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

recens. Act. erud. Francoz. vol. 2. n. 2.
L. gel. Zeit. 1726. p. 836.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/4
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

SERENISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

DOMINO
GVSTAVO SAMVELI
LEOPOLDO

COMITI PALATINO AD RHENVM

DVCI BAIOARIAE IVLIACI CLIVIAE

AC MONTIVM

PRINCIPI MOERSIAE

COMITI VELDENTII SPANHEIMII

MARCAE RAVENSPERGAE

ET RIXINGAE

DYNASTAE RAVENSTEINII

ETC. ETC.

PRINCIPI AC DOMINO MEO

LONGE CLEMENTISSIMO.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/5
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME,

SERENISSIMA COMITVM PALATINORVM RHENI familia, in qua TV praecipue, SERENISSIME PRINCEPS, emines, Ducatumque Bipontinum TIBI divinitus

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/6 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

nitus deſtinatum feliciter regis, multoties in ſe derivato ſanguine Carolingico, praeter innumera alia decora gentilitia, exſplendeſcit. Tot itaque ac tantis beneficiis a TE, SERENISSIME PRINCEPS, cum meis parentibus obſtrictus, non potui non, in ſubmiſſiſſimi cultus ac devotiſſimae gratae mentis documentum, hocce ſpecimen qualiumcunque ſtudiorum meorum excultorum in Academia Altdorſina, quam TV olim PRINCEPS IVVENTVTIS diligentia et virtutibus illuſtraſti, et in qua TE ac Divum Fratrem ADOLPHVM IOHANNEM Pater Aeneas ac Auunculus Hector ad quosvis praeclaros Principibusque dignos auſus excitavit, TIBI humillime dedicare atque conſecrare, DEVM O. M. religioſiſſime precatus, ut totam SERENISSIMAM AC POTENTISSIMAM GENTEM PALATINAM, quam ILLE per tot ſeculorum ſpatia adhuc florentem potentemque conſervavit, et fertilem Imperatorum, Regumque, ac Principum Europae praeſtitit, porro quoque ſervet, augeat, atque augendo IMMOR-

TALEM reddat: Inprimis NVMEN ILLVD BENIGNISSIMVM TE, PATER PATRIAE, in Germaniae ſalutem, in ſplendorem SERENISSIMAE DOMUS, in praeſidium atque emolumentum eorum, qvi TVAE poteſtati atque imperio ſunt ſubiecti, inque meum denique meorumque gaudium, ſolatium, ac firmiſſimam tutelam, per innumerabilem annorum ſeriem, ſaluum, ſoſpitem, incolumemque praeſtare velit.

SERENISSIMO NOMINI TVO,
PRINCEPS AC DOMINE
LONGE CLEMENTISSIME,

Dabam Altdorfii Noricorum
d. 9. Aprilis anno
CIƆIƆCCXXV.

ſubiectiſſimus devotiſſimusque
ſeruus,

Iohannns Adamus Bettingerus.

PROLOGVS GALEATVS.

IN deducendis originibus Carolingicis, B. L. non altius adſcendimus, quam ad S. Arnulphum, Ep. Metenſem, et ſtudio negligimus eas repetere a fabuloſis Ansberti et Blithildis, F. Clotarii I. R. Francorum, nuptiis. Quamuis enim hunc nexum familiae Carolingicae cum Merouingica acriter defendant THOMAS AQVINAS, CARMELITA EXCALCEATVS, *in notis ad carmen antiquiſſimum de origine Gentis Francorum Carolinae iuſſu Caroli Calui circa A.* 840. *conſcriptum, et publicatum A.* 1644. BVCHETVS, FRATRES SAMMARTHANI, MARC. ANT. DONINICVS, *in Ansberti familia rediuiua*, et IO. IACOBVS CHIFLETIVS *in append. ad Lumina noua p.* 427. freti *libello de Maioribus Domus, Monacho Engolismenſi, Autore vitae S. Genulfi, Genealogia S. Arnulfi, Metenſis Ep. Genealogia Caroli* MS. *Cod. San-Gallenſi in Tomo V. Caniſiano*, aliisque antiquis monumentis: Praeualet tamen apud nos grauiſſima fides atque autoritas PAVLI DIACONI, EGINHARTI, et THAEGANI triumuirorum omni exceptione maiorum, qui edocti ab ipſis Auguſtiſſimis Imperatoribus, ſtemma CAROLINGICVM non niſi ab Arnulpho, Metenſi Ep. auſpicantur, eiusque maiores plane ignorant. Neque etiam apud patrem Hiſtoriae Francicae, Gregorium Turonenſem, eiusque epitomatorem Fredegarium, ulla mentio extat Blithildis inter

liberos

liberos Chlotarii I. R. ab ipſis diligenter enumeratis, quorum teſtimonia omnino perquirenda eſſe in controuerſia tam inſigni, merito arbitramur. Stamus igitur potius a partibus LVDOVICI CONTERELLI FABRI, HADR. VALESII, BLONDELLI, DVCIS EPERNONII, aliorumque, qui non uno argumento perſtringunt commentitium Ansberti & Blithildis connubium, et vel ambitioni Caroli Calui Imp. vel adulationibus Hincmari, Rhemenſis Archi Ep. ad omnem fraudem acuti, attribuunt, ut Genealogia Carolingica duobus gradibus fictitiis augeretur, et Merouingico ſtemati inſereretur, ne quis amplius inuideret iſtis principibus poſſeſſionem regni Francici et Romani Imperii, qui originem traherent a ſenatorio Romano regioque Francorum genere. Hiſtoria variarum gentium docet, non raro adhibitam fuiſſe ejusmodi Genealogiae impoſturam ad tuendam acquiſitionem alicuius maxima iniuria et violentia acquiſiti dominatus. In deriuanda Familia Regia Capetingica apud Gallos ex Carolingica maluimus etiam ſequi R. P. Iordanum e Soc. Ieſu, quam Bouchetum, Sammarthanos, Blondellum, et Ducem Epernonium, ita tamen, vt incidenter tantum, non vero ex inſtituto, ſeries maiorum Capetingicorum a nobis fuerit expoſita. Berengariorum, Regum Italiae, ortum ex Carolingica Giſela eam ob cauſam pariter non omittendam cenſuimus, quoniam in regni Italici imperiique Romani inuaſione in nummis ſuis *de renaſcente gloria vel ſpe Francorum* etiam gloriati ſunt. Sigilla Pipini Nani, Regis Francorom, et Caroli M. Imp. titulum exornantia, et fidem noſtram quaſi corroborantia, debemus beneficio Generoſiſſimi Mecaenatis, qui ea olim in ſacris ſcriniis Fuldenſis coenobii accuratiſſime delineauit. Caeterum B. L. vt Tibi haec noſtra opere in deſcribenda Familia Auguſta Carolingica non diſpliceat, Te etiam atque etiam rogamus; ea enim vnice in eo poſita fuit, vt veritatem in tuto collocaremus, et, quod in ea improbe violatum erat, priſcae germanaeque fidei reſtitueremus. Vale!

TAB.

TABVLA I.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) St. Arnulphus, *Laienſis*, *Maior-Domus Clotarii II, R. Auſtraſiae et Epiſcopus Metenſis A. 610. abdicans A. 625.* † *d. 16. Aug. A. 640. ſep. Metis in baſilica SS. Apoſtolor. extra murus d. 17. Jun. A. 641.* p. 1.
2.) *Vxor*, Doda, *poſtea monialis Treuirenſis A. 610.* p. 3.

3.) Anchiſus, *Maior-Domus A. 649.* † *A. 685.* p. 3
4.) *Vxor*, Begga *F. Pippini Landenſis ex Itta*, † *A. 698.* p. 4.

5.) Walgiſus. p. 4.

6.) St. Wandregiſilius, *ex Comite Palati clericus et fundator monaſterii Fontanellenſis d. 1. Martii A. 648.* † *d. 22. Iulii A. 668.* p. 4. et 5.
vxor. Nobiliſſima Femina, *demum Monacha.* p. 5.

7.) Clodolphus, *Ep. Metenſis. elect. d. 12. Apr. A. 654.* † *d. 8. Maii A. 694.* p. 5. et 6.

8.) Filia, *vxor Comitis Virdunenſis.* p. 6.

9.) St. Godo, *fundator Abbatiae d' Ois Trecenſis diœceſeos A. 676.* p. 6.

10.) Pipinus, Iunior, *ſiue Hariſtallenſis*, *Maior-Domus primum Auſtraſiae et deinde omnis Franciae a menſe Iulio A. 687.* † *d. 16. Decembr. A. 714.* p. 6.
11.) I. *vxor*. Plectrudis, *A. 706. vidua A. 714. ſep. in Orp. prope Geldoniam in Brabantia.* p. 7. v. [illegible]
12.) II. *Concubina* Alpais *A. 698. Soror Dodonis C. Ardennae, ſep. in Orp.* p. 7.

I.

13.) Drogo, *Dux Campaniae A. 693.* † *A. 708. ſep. Metis in baſil. B. Arnulfi.* p. 8.
14.) *Vxor*. Auſtrudis, *F. Warattonis Mai. Domus et Ansfredis A. 693.* p. 8.

15.) Hugo *ex Primicerio Metenſi Epiſcopus Rothomagenſis, Pariſienſis, Baiocenſis, et Abbas Fontanellenſis A. 723. et Gemeticenſis.* † *d. 9. Apr. A. 739. ſep. in aede S. Mariae Gemeticenſi.* p. 9.

16.) Arnoldus *A. 723.* p. 9.

17.) Pippinus *A. 715.* p. 9.

18.) Godefridus *A. 715.* p. 9.

I.

19.) Grimoaldus, *Maior-Domus Neuſtriae et Burgundiae A. 699.* † *A. 714. m. Apr. ſep. in Leodienſi baſil. Iacobi* p. 10.
20.) I. Concubina. p. 11.
21.) II. Theuſinda, *F. Ratbodi D. Friſionum.* p. 11.

22.) Theudoaldus, *Maior-Domus A. 714.* † *A. 715.* p. 11.

23.) S. Siluinus, *ſep. in eccleſia S. Petri Ciniaci.* p. 11.

II.

24.) Carolus Martellus. vid. TAB. II.

25.) Childebrandus, *Dux A. 737.* p. 12.

26.) Nibelungus, Comes *A. 762. et 768.* p. 12.

27.) Thetbertus, Comes *Matricenſis.* p. 12.

28.) Ingeltrudis *A. 822.* p. 12.
Maritus: Pippinus, R. *Aquitaniae.* vid. TAB. V. n. 8. et 9.

29.) Robertus I. Fortis C. *Andegauenſis A. 859.* † A. 867. p. 13.
30.) *Vx.* I. Agana, *F. Wicfridi C. Bituric.* p. 13.
31.) II. Adelais, *F. Hugonis C. Alſatiae, et vidua Conradi C. Fratris Iudithae Aug.* p. 14.

32.) Odo, *Comes Pariſior. A. 887. Rex Franciae A. 888.* † *d. 3. Ian. A. 898. ſep. ap. S. Dionyſ.*

33.) Robertus II. *ex Comite Pariſior. Rex Franciae d. 29. Iunii A. 922.* † *A. 923.* p. 15.
34.) *Vxor*. Beatrix. p. 15.

35.) Hugo M. *Dux Franciae et Comes Pariſior.* † *A. 956.* p. 16.
Vxores: 36.) I. Filia Vothildis, *amicae Caroli Simplicis R.*
37.) II. Ethilda, *Filia Eduardi I. R. Angl. ex Eiſleda A. 926.* p. 16.
38.) III. Hadvvidis, *F. Henrici Aucupis R. Germ. A. 938.* p. 16.

39.) HVGO CAPETVS, Rex Franciae A. 987. p. 17.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/11
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/12
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

PROBATIONES
AD TABVLAM I.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

Nota:

Numeri praefixi teſtimoniis conueniunt cum numeris perſonarum in tabulis deſcriptarum.

1.) AVtor vetus vitae S. Arnulphi Ep. Metenſis ad Chlodulfum ei. filium ap. Surium T. IV. menſe Auguſto p. 723: *B. Arnulphus Epiſcopus, Francorum proſapia ortus, altus ſane et nobilis parentibus atque rebus ſeculi opulentiſſimus fuit - - Cum iam bene doctus ad robuſtam perueniſſet aetatem Gundolpho ſubregulo, ſiue palatii rectori vel magiſtro, regioque conſiliario in bonis actibus exercitandus oblatus eſt. Quem ille per multa deinceps experimenta probatum, Theodeberti regis miniſteriis applicauit. —— Cum ergo — bonis ſtudiis tanquam auriga potens et ſtrenuus euigilaret, forte euenit, vt vrbs Metenſis praeſule careret. Tum vna vox populorum Arnulphum, Regis domeſticum et conſiliarium, dignum eſſe epiſcopatu acclamat. Ille cernens Deo ſic viſum eſſe, compulſus cum lachrymis eam vrbem gubernandam ſuſcepit; ita pontificalem ferens infulam, vt quamuis nolens, cogeretur etiam curam et ſolicitudinem, qua tenentur regis domeſtici, itemque Palatii primatum ſiue magiſterium retinere.*

Eua Comitiſſa in charta de Laio villa data Metis A. 965. ind. VIII. XVII. Kal. Sept in Blondelli praefat. Apolog. T. I. aſſert. geneal. Franc. pl. 33. f. 4. ſub n. 3: *Quam villam ſpecialius ipſi beatiſſimo pontifici Arnulpho idcirco volui delegare, quod idem venerandus Antiſtes, de cuius germine Francorum ſtrenuiſſimi prodiere, in eadem villa praeſentis exordium ſuſcepit vitae.*

Paulus Diaconus de geſtis Longobard lib. VI. c. 16. et Regino Chron. lib. I. p. 13. *Per idem tempus fuit* Maior *domus in palatio Clotharii* Regis, *Arnulfus, vir, vt poſtmodum claruit, Deo amabilis, et mirae ſanctitatis. Qui poſt gloriam ſeculi, Chriſti ſe ſervitio ſubdens, mirabilis in epiſcopatu extitit, ac demum eremiticam vitam eligens, leproſis vniuerſa praebens obſequia, continentiſſime vixit &c. Huic* Dagobertus, *F. Clotharii, in annis puerilibus poſitus, traditus eſt a genitore, vt eum ſecundum ſuam ſapientiam enutriret.—— Poſthaec Dagobertus cum Pipino Duce in Auſtria regnaturus a patre dirigitur (A. 622.) & S. Arnulfi Metenſis Ep. conſiliis commendatur.* Idem de geſtis Metenſium Epiſcoporum ap. Surium. l. c. p. 729. et in du Chesne T. II. pag. 201. *Poſt Pappolum Epiſcopum ad regimen eccleſiae Metenſis beatiſſ. Arnulphus, viceſimus nonus aſcitus eſt, vir per omnia lumine ſanctitatis et ſplendore generis clarus. Qui ex nobiliſſimo fortiſſimoque Francorum ſtemmate ortus, Ita Dei eccleſiae praefuit, vt et palatii Moderator ſub honore Maior domatus exiſteret—Haec ego non a qualibet mediocri perſona didici, ſed ipſo totius veritatis aſſertore praecelſo rege Karolo referente cognoui: qui de eiusdem B. Arnulfi deſcendens proſapia, etiam generationis linea trinepos extabat.*

Codex S. Symphoriani de temporibus Epiſcoporum Metenſium poſt Pauli Diaconi libellum de Ep. Metenſis eccleſiae: *S. Arnulfus Epiſcopus ſedit annos quindecim, diesque decem. S. Goericus Ep. ſedit annos XVIII. et obiit die XIX. menſis Septembris. S. Codo Ep. ſedit annos X. et menſes II, obiit XIII. Idus Maii. S. Clodulfus Ep. ſedit annos XL. et dies XXV. obiit VIII. Idus Maii.* Hoc teſtimonio fretus accuratiſſimus Pagi *in Critica Baron. ad* 614. *n.* 34. *ad* 631. *n.* 8. 9. *ad* 642. *n.* 6. *et ad* 654. *n.* 10. colligit, S. Arnulphum eſſe factum Epiſcopum Metenſem A. 610. hocque Epiſcopatu ſe abdicaſſe A. 625. S. Goericum eidem ſurrogatum fuiſſe eodem anno, et obiiſſe A. 642. Hunc excepiſſe S. Godonem A. 653. et ſucceſſorem habuiſſe S. Clodulfum A. 654. mortuum A. 694. Animaduertis

uertit enim ad dies emortuales S Goerici et S. Clodulfi, et ad orationes Epiſcoporum in dies Dominicas incidentes, numeratque trium ſucceſſorum S. Arnulfi años epiſcopales retrogrado ordine.

Sigebertus Gemblac. ad a. 640. *S. Arnulfus ex Maiore Domus Metenſium Epiſcopus, et ex Fpiſcopo ſolitarius dormit in Chriſto.*

Feriae S. Arnulfi celebrantur d. XIII. Calend. Sept. ſiue d. XVI. Aug. ſecundum martyrologium Vſuardi et Surium l. c.

Autor vitae S. Arnulphi l. c. p. 707. *Praeſto Arnulpho fuit vir religioſiſſ. Romaricus cum caeteris monachis, felicem eius e corpore egreſſum praeſtolaturus — — Porro vir egregius Romaricus eius ſanctiſſimum corpus, quo potuit honore, in caſtello Habendo ſepulturae mandauit. Inde anni ferme exactis ſpatiis — ſucceſſor eius Goericus Ep. — collecta Cleri et populi multa frequentia, accitis quoque duobus Epiſcopis — ſancta membra in feretro reponunt, et cum gaudio ad vrbem ea transferunt.*

Martyrologium Habendenſe: *XV. Kal. Aug. translatio S. Arnulphi Metenſis Ep.*

2.) Albericus in chronico ad a. 644. P. I. p. 15. *Dux Arnulfus ſanctus antequam fieret Metenſis Epiſcopus, de Dota tres genuit filios, Ducem Anſigiſum, et Walchiſum, patrem S. Wadregiſtli Fontenellenſis. et Clodulfum, Metenſem Epiſcopum.*

Sigebertus Gemblacenſis l. c. *Clodulfus, filius, ipſius np. Arnulfi, poſt Metenſis Epiſcopus, ſanctitatem patris imitatur. Doda mater ipſius Clodulphi, Treueris incluſa, Chriſto ancillatur.*

Conf. teſtimonium Biographi S. Clodulphi in huius tabulae probatione n. 7.

3.) Paulus Diaconus in lib. de geſtis Ep. Metenſ. l. c. p. 729. *Venerandus Vir iſte Arnulphus — iuuentutis ſuae tempore ex legitimi matrimonii copula tres filios procreauit id eſt, Anchiſum, Walachiſum, et Clodulphum,* Conf. Albericus in numero anteced.

Monachus Egolismenſis in vita Karoli M. ap. Schilter p. 45. *Arnulfus antequam eſſet clericus habuit vxorem — et genuit ex ea Anſegiſilum.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/15 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

De eius Maioratu domus vid. Erchanbertus de Maioribus domus ap. Freher. T. I. rer. Franc. p. 167. et Autor vitae S. Clodulphi §. 7. et 15.

Sigebertus Gemblac. ad a. 685. et Albericus ad h. a. *Anſegiſus, pater Pipini a Gunduino perimitur, quem iuuentum et nutritum de ſacro fonte ſuſceperat, et ad maximos militiae honores proue-xerat.*

4) Sigebertus Gemblac. ad a. 649. *Anſegiſus etiam, filius S. Arnulphi clarebat, cui Begga, ſoror Grimoaldi, nupſerat;* et ad 686. *Begga, relicta Anſegiſi, ſe et ſua Deo mancipat, et monaſterium Andennenſe fundat;* et ad 698. *Sancta Begga, mater Pipini, ad Dominum tranſit.* Idem in vita Sigeberti c. 4. *Pipinus Grimoaldum filium ſuum rerum ſuarum haeredem fecit, duas quoque filias Gertrudem et Beggam ad laudem et gloriam generis ſui reliquit. Quarum vna Gertrudes — ſoror eius Begga nupta Anſigiſo, S. Arnulphi Met. Ep. F. regiae dignitatis decus — per ſuam reparauit proſapiam.*

Anonymus in vita S. Gertrudis Abbatiſſae Niuellenſis ap. Surium die 17. Martii T. II. p. 270. *Cum in paternis aedibus verſaretur ſacra puella Gertrudis ad pedes b. m. parentis ſuae Ittae die ac nocte verbi Dei ſapientiam meditabatur. —— Die autem poſtero, qui erat dominicus — anno aetatis XXXIII, 16. Calendas Aprilis — feliciter in Domino obdormiuit —— Anno autem triceſimo tertio poſt obitum B. Gertrudis — venit in corde ſuae germanae nomine Begga, vt ſibi ipſa vellet monaſterium conſtruere —— Anno autem ſecundo perfectis omnibus et bene diſpoſitis matrona illa migrauit ad Dominum.*

Sigebertus Gemblacenſis ad a. 664: *Obiit S. Gertrudis Niuellenſis.*

5) Genealogia B. Arnulphi, Metenſis Epiſcopi ap. Pithoeum p. 220. *Hic Arnulphus genuit Anchiſum, Ducem et Comitem Palatinum, et Glodulphum Epiſcopum, et Walgiſum.* Conferantur teſtimonia Alberici in n. 2. et Pauli Diaconi in n. 3.

6.) Vita S. Wandregiſili Abbatis ap. Surium d. 22. Iulii. *Prae-*

clarus

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/16
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

clarus vir Domini Wandregiſilus, cognomento Wando, ortum inclytae natiuitatis in Virdunenſi regione ex nobilibus — parentibus — habuiſſe dignoſcitur — Genitor eius Waltchiſus nomine, ex nobiliſſima proſapia ortus, conſobrinus fuit Pipini excellentiſſimi principis Francorum —— Ab eodem Dagoberto comes conſtituitur palatii. — Parentum hortatu, licet inuitus, quandam ſibi deſpondit puellam, nobiliſſimis natalibus procreatam, ſolennique modo caſtas celebrans nuptias, virginei floris immaculatum adeptus eſt torum. Denique ſuadebat ſuae coniugi virginitatem integram cuſtodire — Ipſe clericatus habitum ſumſit, ac coniugem ſuam velo piae religionis opertam, ſanctimonialium monaſterio ilico tradidit ſociandam -- Cum autem talia volueret animo, contigit, ut largiente Erchinoaldo praefecto, immodicam ſoli partem acciperet, quo Fontanellae coenobium, vna cum venerando nepote ſuo Godono, vt rudis habitatur conſtrueret. — Coeptum autem eſt hoc opus — ſub die Calendarum Martiarum — anno Regis Clodouei vndecimo, (h. e. A. 648.) —— *Vndecimo Calendas Auguſti — animam S. Wandregiſilus coelo reddidit.*

Angradus monachus in vita S. Ansberti Ep. Rothomagenſis ap. Surium d. 9. Febr. *Ansbertus igne diuini amoris accenſus — a palatio egreſſus — peruenit ad Fontanellam coenobium, vbi ſacerdos Domini clarus Vuandregiſilus monaſterium conſtruxerat, atque cum magna monachorum cohorte, ſub ſanctae regulae iugo laudabilem ducebat vitam —— Cum Vuandregiſilus per viginti fere annorum ſpatia hoc coenobium a primo aedificationis die in regimine tenuiſſet, -- ad extrema peruenit.*

Sigebertus Gemblac. ad a. 692, et ex eo iisdem verbis Albericus ad a. 590. *S. Wandregiſillus, qui et Wando, Anſegiſi maioris domus ex Walchiſo fratre nepos, hoc tempore claruit, qui coenobia Fiſcannum et Fontinellam Deo conſtruxit.* Errant vero in tempore vbi patet ex antecedentibus.

7.) Vid. teſtimonia Sigeberti in num. 2. et Pauli Diaconi num. 3.

Indiculus monaſterii S Symphoriani: *Clodulphus Eps. ſedit ann. XL. et dies XXV, obiit VIII. Id. Maii.*

Martyrologium Metenſe ad d. VIII. Maii: *Metis Sanctorum Confeſſorum pariterque Pontificum Godonis, atque Clodulphi.*

Biographus anonymus S. Chlodolphi Ep. Metenſis in Actis SS. Antuerp. ad d. VIII. Iun. et quidem hui. menſis T. II. p. 127. *Genealogiam Paternam B. Arnulphus, huius ſanctae Metenſis ſedis pontifex, coruſcam mirabiliter facit — dum eius genitor praedicatur et eſt. Mater vero — Doda nuncupata, non minori nobilitate clara refulſit — quae cum viro pudiciſſime - - viuens, non patiebatur bonorum exhibitione ſe imparem fore, et dum B. Arnolphus pontificiali cathedra ſublimatus eſt, ipſa etiam — non ſolum ſpirituali veſte — induta eſt, verum etiam apud Treuerenſes incluſione usque ad diem mortis ſeſe retruſit.*

8. et 9.) Albericus ad a. 644. *De ſorore* (Clodulfi Metenſis Epiſcopi) *natus eſt S. Godo de Oyo, filius Comitis Virdunenſis*, et ad 676. *S. Godo, nepos S. Wandregiſili fundauit in Dioeceſi Trecenſi primam Abbauiam de Oia, in cuius clauſura vsque hodie ranae ſunt mutae de mandato eiusdem ſancti et miraculo.* Conf. teſtimonium Biographi S. Wandregiſil in. 6.

10.) Vita B. Pipini Senioris Ducis in du Chesne T. I. p. 599. *Soror Gertrudis Begga Duci Anſigiſo felici matrimonio coniuncta, generoſae familiae ac nobiliſſimorum Regum mater extitit. Genuit ſiquidem Pippinum ex ſe iuniorem, ſicut nomine, ita factis quoque et moribus, et omni honeſtate vitae auo conſimilem.*

Sigebertus Gemblac. ad a. 687. *Wulfrado Maiore Domus mortuo, Pipinus, filius Anſegiſi, principatur in Auſtria cum Duce Martino.*

Erchanbertus in breuiario regum Francorum ac Maior. Domus: *Berthario occiſo, Pipinus iunior, filius Anſegiſili, veniens de Auſtraſiis ſucceſſit in principatum Maiorum. Exin Reges nomen, non honorem, habere coeperunt.*

Childebertus III. Rex in diplomate de a. 697. in Mabillonii de re diplo-

diplomat. lib. VI. p. 479; *Childebertus Rex Francorum, Vir inluſter. Cum nos in Dei nomine, Compendio in palatio noſtro, una cum Apoſtolicis viris — nec non et inluſtri viro, Pippino, Maiorum Domus noſtro.*

Annales Francorum Fuldenſes ad a. 714. *Pipinus, Filius Ansgiſi, Dux Francorum, poſt mortem Wolfaldi Ducis partem Auſtriae regebat, obtinuitque regnum Francorum per annos XXVII cum regibus Hlodouuico (III) Hildibertho (III) et Dagabertho (III). Moritur anno ſecundo Anaſtaſii Imp. qui eſt ab incarnatione Domini annus DCCXIV. in menſe Decembri.*

Annales Metenſes ad a 714. *Pippinus in pace obiit XVII. Kal. Ianuar. rexit autem populum Francorum annis XXVII, et menſibus ſex.*

11.) Geſta Regum Francor. vſque ad Theod. II. R. c. 48. *Erat Pippino uxor nobiliſſima ac ſapientiſſima nomine Plectrudis.*

Marcellinus presbyter in vita S. Swiberti cap. 22. *Svvibertus angelica reuelatione admonitus, praecipitur ire Coloniam Agrippinam ad Pipinum Ducem et Plectrudem eius coniugem, qui ei aptum locum permanendi cum ſuis condonarent.*

Annales Fuldenſes ad a. 715. *Poſt mortem Pipini Plecthrudis, relicta vidua, incomparabili odio contra Carlum ſuccenſa, cuſtodia cum publica obſeruari iubet.*

Diploma Epternacenſe in Broweri annalibus Treuirenſibus p. 360. et Bruſchii T. I. chronolog monaſt. Germanicae p. 511. *Ego in Dei nomine illuſtris vir Pippinus, Filius Ansgiſi, nec non illuſtris matrona, mea Plectrudis, filia quondam Hugoberti — Actum Guimundis III. Id Maias anno regni d N. Childeberti XII.* (d. 13. Maii A. 706.) *Pippinus et Plectrudis — —*

De eius ſepultura vid. teſtimonium M. Emundi in huius tab. probat. n. 23.

12.) Continuator Fredegarii c. 103. *Pippinus aliam duxit vxorem nobilem et elegantem nomine Alpheidam, ex qua genuit filium, vocauitque nomen eius lingua ſua Carolum.*

Sigeber-

Sigebertus Gemblac. ad A. 698. *S. Lambertus Pipinum principem increpare auſus. quod pellicem Alpiadem Plectrudi legitimae uxori ſuae ſuperduxerit, a Dodone fratre ipſius Alpiadis Leodii martyrizatur.*

M. Emundus in magno chronico Belgico ad A. 686. p. 29: *pinus praeterea ex Alpaide pellice, ſorore Dodonis, Ardennae Comitis, Carolum Martellum genuit — Sciendum Pipini pellicem Alpaidem fundaſſe eccleſiam et collegium Canonicorum in Hugardis — Iſta Alpais requieſcit Orp. prope Geldoniam in Brabantia.*

13.) Hiſtoria S. Noitburgis ap. Surium d. 31. Octobr. p. 1006. *Fuit apud Francorum gentem Pipinus, Anſigiſi Ducis F. — Maior Domus. Is in matrimonio habuit feminam nobiliſſimam Plectrudem, ex qua ſuſcepit duos filios, Drogonem, quem Campanis Ducem dedit, et Grimoaldum, quem regiae aulae praefecit.*

Fragmentum de Maioribus Domus ap. Pithoeum p. 227. *Pipini filii fuerunt* Drogus *et Grimoldus. Sed Drogus Ducatum accepit in Campania.*

Annales Tiliani a. 708. *Drogo mortuus fuit tempore vernis.*

Annales Metenſes ad a. 708. *Drogo, filius Pippini primogenitus, defunctus eſt, et ſepultus eſt iuxta Metenſem urbem in Baſilica B. Arnulfi Confeſſoris.*

14.) Annales Metenſes ad a. 693: *Pippinus Drogonem, primogenitum ſuum, Ducem poſuit Burgundionum, tradens ſibi uxorem Auſtrudem filiam Warattonis, quondam illuſtris Maioris domus, derelictam Bertarii - - Haec Drogoni peperit filium, quem vocauit Hugonem. Hunc religioſa et ſtrenua matrona, Ansfredis, auia ſua, relicta ſiquidem Waratonis ad nutriendum ſuſceperat.*

Chronicon Fontanellenſe c. 8. in d'Acherii T. III. Spicilegii vett. Script. de S. Hugone Archi-Ep. Rothomag.: *Mater eius Adeltrudis - - nomine, filia fuerat Warattonis, nobiliſſimi Maioris domus regiae, atque Ansfledis coniugis eius: qui plurima huic monaſterio largiti ſunt praedia.*

16.) Chro-

15.) Chronicon Fontanellenſe c. 8. *Hugo, filius Drogonis — a matre, nomine Adaltrude, progenitus, nepos Caroli, ſagaciſſimi Principis, Archi-Ep. Rotomagenſis eccleſiae, poſt Benignum regimen huius coenobii ſuſcepit ab A.* 723. *Ind.* 6. *qui erat annus principatus Caroli nonus — rexitque iſtud coenobium per annos nouem, menſes duos, et dies tredecim, vsque ad annum decimum ſextum principatus ante fati Caroli — Hic etiam praeſulatum eccleſiae Pariſiacae, ſimulque Baiocaſſinae cum Rotomagenſi tenuit, factione ſcilicet Patrui ſui, Caroli Principis extra decreta tamen Canonum: coenobia vero nobiliora, Fontinellam et Gemmeticum - - - - - Expletis — laudabilis curſus ſui annis migrauit ad Dominum VI (* ſiue potius V*) Idus Aprilis, qui erat annus Dom. Incarn.* 730. *Indict. XIII. Corpus eius Gemmetico coenobio, quo etiam vita diſceſſit, in eccleſia ſanctae Matris Mariae - - - ſepulturae eſt traditum.*

MSt. Martyrologium Gemmeticenſe in actis SS. PP. Antuerp. ad d. 9. Apr. p. 844: *In partibus Rotomagi, loco qui pulchre nominatur Gemmetica, natalis S. Hugonis, ſacrae Rothomagenſis eccleſiae Archi-Epiſcopi.*

16.) Annales Francici Nazariani in du Cheſne T. II. p. 5: A. 723. *duo filii Drogonis ligati, Arnoldus et unus mortuus.*

Reperitur in ſacris ſcriniis monaſterii B. Arnulfi Mettenſis tabula ſignata A. 706. *regnante Childeberto Rege, praeſentibus quinque Comitibus, qua Arnoldus, Drogonis Filius, Dux Burgundiae Liutberto, monaſterii S. Arnulfi Abbati pro loco ſepulcri ſibi conceſſo Floriacum donat.* Sed hanc ob varias rationes tanquam falſam reiicit Hadr. Valeſius *rer. Francic. Lib. XXIII. p.* 404.

17. et 18.) Donatio villae Vigiaci facta Abbatiae S. Arnulphi per S. Hugonem, anno quinto Dagoberti ultimi Regis, h. e. A. 715. in Meuriſſii hiſt. Epiſcop. Metenſium: *Ego Hugo, Metenſis Primicerius, Sacerdos humilis, et germanus meus, vir illuſter, Arnulphus, Dux, nec non Pippinus et Godefridus iſtud aſſentauerunt in hunc modum et ſecundum tenorem iſtius litterae. In nomine Chriſti ſub die octauo Kalendas Iunii, anno quinto regni Dagoberti*

Regis --- Ideo nos in Dei nomine Hugo, Sacerdos humilis, et germanus meus, illuſter vir, Arnolphus Dux, nec non Pippinus et Godefridus, dum contigit, ut genitor noſter, illuſter vir Drogo quondam de hac Luce migraret, noſtra fuit petitio ad venerabilem virum Luitbertum, Abbatem de baſilica Sanctorum Apoſtolorum, quae eſt foris murum Mettis ciuitate conſtructa, vbi auus (ſiue proauus) *noſter Dominus Arnolphus in corpore conquieſcit, ut ibidem, iam dictum genitorem noſtrum, Drogonem, ſepelire deberemus, et ipſe Luitbertus benigno animo viſus fuit praeſtitiſſe. Ideo nos tam pro ipſo loco ſepulturae, quam et pro remedio animae praedicti noſtri genitoris, villam, nuncupatam Vigiacum, ſitam in pago Mettenſi, quam ipſe genitor ſuus, auus noſter Pippinus ſuo munere conceſſit.*

19.) Genealogia B. Arnulphi ap. Pithoeum p. 220: *Hic* (Pipinus) *genuit Grimoaldum, Drogonem, Duces, et Carolum regem, Martellum dictum, ex Alpaide, ſorore Dodonis, qui S. Lambertum Ep. Leodienſem martyrizauit.*

Fragmentum de maioribus domus ap. eund. p. 227: *Norberto* (Majore domus Clodouei III. et Childeberti III.) *mortuo Grimoldus, Pipini filius, Maior domus effectus eſt.*

Placitum Childeberti III. de A. 703. in Mabillonii de re diplom. libr. IX p. 480. *Childebertus, Rex Francorum, Vir inluſter, cum nos in Dei nomine, Carraciaco villa, Grimoaldo, Maiori domus noſtro, vna cum noſtris Fidelibus, reſederimus etc.* Et aliud placitum huius Regis de mercato S. Dionyſii A. 710. ibidem p. 482. *Adſerebant aduerſus agentes inluſtri viro, Grimoaldo, Maiore domus noſtrae.*

Sigebertus Gemblac. ad A. 699: *Grimoaldus, frater Drogonis, a Patre Pipino in aula Hildeberti regis maior domus ſtatuitur, eique filia Rhatodi, Friſorum Ducis, in vxorem deſpondetur.* Et ad a. 713. *Grimoaldus maior domus, Leodii, ante altare S. Lamberti orans, a Ranigario, ſatellite Rabodi, Ducis Friſorum, perimitur.*

Anna-

Annales Francor. Fuldenſes ad a. 714. *Hoc eodem anno DCCXIV. Grimoaldus ſimiliter mortuus eſt.*

Chronicon San-Dionyſianum ad h. a. *DCCXIV. depoſt Grimoaldo in menſe Aprili, et depoſt Pippino in menſe Decembrio.*

Locum ſepulturae teſtatur Hadr. Valeſius *rer. Francic. lib. XXIII. p.* 402.

20.) Fredegarius *c.* 102. *Grimoaldus -- ex quadam concubina genuit filium, nomine Theudoaldum.*

21.) Geſta Regum Francorum vsque ad R. Theod. II. *c.* 50. *Habebat tum Grimoaldus uxorem in matrimonio nomine, Teutſindam, filiam Ratbodi, Ducis gentilis.*

22.) Fragmentum de Maioribus domus l. c. *Quo tempore maior domus Grimaldus Theuſindam, F. Ratbodi Ducis, in coniugem duxit, qui a Rangano Friçone in baſilica S. Lamberti peremtus eſt, pro quo pater eius Pippinus Teudoaldum, filium ipſius, quem ex alia coniuge habuerat, in honore patris conſtituit.*

Fredegarius c. 104. *Poſthaec* (caedem nempe Grimoaldi) *Theudoaldus, filius eius paruulus, in loco ipſius, cum praedicto Rege Dagoberto Maior domus Palatii effectus eſt.*

Annales Metenſes ad A. 714. *Theobaldus, - Grimoaldi ex concubina filius, adhuc puer erat; qui etſi patri in principatu ſucceſſerat minime tamen tantum regnum digne gubernare praeualebat — Ipſa vero Plectrudis dum nepoti ſuo Theobaldo fauere deſiderat, Karolum a legitima paterni Imperii gubernatione prohibebat, ipſaque cum infantulo muliebri conſilio tanti regni habenas tractare praeſumebat. Quod dum crudelius, quam oporteret, aſtu femineo diſponere decreuiſſet, iram Niuſtrium Francorum in nepotis ſui interitum — celeriter conuertit. Super exercitum enim Theobaldi in Cotia ſilua repentino impetu inruentes, caede maxima trucidarunt. Theobaldus vero cum paucis vix euaſit, qui non multo poſt tempore vitam innocentem finiuit.*

23.) Magiſter Emundus in magno chronico Belgico ad A. 686. p. 27. *Iſte Pipinus duxit S. Plectrudem — quae peperit ei tres filios*

Drogonem ſc. Campanienſem Principem, et Grimoaldum, qui martyriſat us Leodii — et Sanctum Siluinum, qui Giniaci in Eccleſia S. Petri quieſcit, quam mater eius Coloniae ap. monaſterium ſanctimonialium S. Mariae in Capitolio, quod ipſa a fundamentis conſtruxerat, ſepulta, fundauit, cuius filii, viuentibus adhuc parentibus, mortui ſunt.

25.) Fredegarius in chronico c. 109. ad A. 735. *At contra vir egregius Carolus Dux germanum ſuum, virum induſtrium, Hildebrandum, Ducem, cum reliquis Ducibus et Comitibus, illis partibus cum apparatu hoſtili dirigit. —— Denuo curriculo anni illius menſe ſecundo praedictum germanum ſuum — commoto exercitu partibus Prouinciae dirigit.* c. 110. *Eo anno Pippinus Dux commoto exercitu cum auunculo ſuo Hildebrando Duce -- ad Burgundiam dirigunt.* Maſcule defendit Blondellus hoc teſtimonium contra cauillationes Chiffletii *in Genealogiae Francicae aſſertione plen. p* 60.

26.) In fine Chronici Fredegarii, vncialibus literis exarati, reperti in bibliotheca Dionyſii Petauii, Senatoris Pariſ. in du Chesne T. I. p. 773. *Vsque nunc inluſter vir Childebrandus Comes auunculus praedicti Regis Pippini, hanc hiſtoriam vel geſta Francorum diligentiſſime ſcribi procuravit. Abhinc ab inluſtre viro Nibelungo, filio ipſius Childebrandi, itemque Comiti, ſuccedat auctoritas.*

27. et 28.) Pipinus R. Aquitaniae in edicto immunitatis ac defenſionis a Bouchetto in libro *de la veritable origine de la maiſon de France*, p. 276. producto, et repetito a Blondello *in genealogiae Francicae plenior. Aſſert. p. 96: In nomine — Pipinus, gratia Dei Rex Aquitanorum — pro incolumitate noſtra, vxoriſque noſtrae Ingeltrudae, reginae, et pro remedio animarum Hermeingardae, quondam reginae, genitriciſque noſtrae, Theberti ac Nebulungi, Comitum, patre et auo eiusdem Ingeltrudae, et prole regnique ſtatu libentius Dei miſericordiam delectet implorare — Data 4. Idibus Mart. anno XXIII. Imperii Domini Hludouici ſereniſſimi Auguſti et XXII. regni noſtri indict. XIV.* (d. 12. Martii A. C. 836.

28. et

29. et 30.) Vita S. Genulfi lib. II. c. 6. in du Chesne T. III. p. 457. *Pii Auguſti Ludouici temporibus, quibus filius eius Pippinus remp. regebat Aquitaniae, quidam Bituricenſium Comes extitit, vocabulo Wicfredus hic ex illa nobilium Scara Francorum, quam glorioſus Rex Dominus Pippinus, praefati Ludouici auus, in vrbe Biturica, ad Guaifarii, Ducis Aquitaniae, partes expugnandas, reliquerat, originem trahens, regali quoque proſapia oriundus erat. Cui non impari, verum aeque generoſo ſtemmate celebris, ex clariſſimo genere Francorum, Oda nomine, coniux fuit; quibus alii praeter filiam fuerint ne liberi, parum comperimus: Quae videlicet illorum filia nomine Agana, Roberto cuidam, inſignis honeſtaeque potentiae viro, primoque palatii Pippine regis, nupta fuit. Qui Robertus ad ſuae nobilitatis excellentiam regalis etiam ſtemmatis per ſororem adeptus erat conſortia, quam isdem Dominus Pippinus vxorem duxit, de qua Pipinum et Karolum liberos, totidem filios habuit.*

Annales Metenſes ad A. 861. *Carolus Rex — Roberto Comiti ducatum inter Ligerim, et Sequanam aduerſum Britones, commendauit, quem cum ingenti induſtria per aliquod tempus rexit*, et ad A. 867. *Normanni ora Ligeris fluminis occupantes, Namnetenſem, Andegouenſem, Pictauenſem, atque Turonicam prouinciam iterato depopulari coeperunt, contra quos Robertus, qui Marcham tenebat, et Rannulfus, Dux Aquitaniae, — aciem dirigunt. — Robertus absque galea et lorica accurrens, cum incautius dimicaret, interfectus eſt. Iſte Robertus noſtris temporibus fuit quaſi alter Macchabeus.*

Annales Bertiniani ad A. 859. *Pippinus Rotberto Comiti et Britonibus ſociatur*, A. 861. *Karolus* (Caluus) *Rodbertum cum placitis honoribus recipit*; A. 862. *Ludouicus — filius Caroli Regis -- Rotbertum patris fidelem impetit, Andegauum — deuaſtat.* A. 864. *Carolus Rex — honores, quos Bernardo dederat, recipit, et Rodberto fideli ſuo donauit. -- Rodbertus, Comes Andegauenſis, duos cuneos de Nortmannis -- vnum quidem interfecit.* A. 866. *Carolus Rodberto Comiti, Abbatiam S. Martini -- donat.* A. 866. *Nortmanni commixti Britonibus -- usque ad locum, qui dicitur Brieſerta, veniunt:*

 Vbi

Ubi Rotbertum - - - - offendunt. Et conſerto proelio Rotbertus occiditur.

31.) Chronicon Abbatiae S. Benigni Diuionenſis in d' Acherii Spicilegii T. I. p. 417. *Supererant filii Roberti, Andegauorum Comitis, fratres Hugonis Abbatis, Senior Odo dicebatur, Robertus alter, patrem nomine referens.*

Annaliſta Bertinianus ad A. 864. *Lotharius III. epiſcopatum* (Colonienſem) *a Gunthario tulit, et - - Hugoni, Conradi, Caroli Regis* (Calui) *auunculi, et materterae ſuae filio, tonſura clerico - - donauit*, et A. 866. *Carolus* (Caluus) *Hugoni, clerico, auunculi ſui, Chonradi, filio, comitatum Andegauenſem, cum Abbatia S. Martini, et cum aliis etiam Abbatiis donat, eumque in Neuſtriam loco Rotberti dirigit.*

Henricus de miraculis S. Germani Antiſſiodorenſis c. 1. et 4. in Labbei Bibliothec. MSt. T. I. p. 556. *Chonradus, Princeps famoſiſſimus, Collega regnum - - condignis fulgebat honoribus. Coniux illi erat Adheleis nomine, primorum et ipſa natalium perinde titulis glorioſa, quippe quae auita antiquorum procerum oriunda propagine, ſplendorem generis Auguſtiſſimae aequiparabat ſtemmate dignitatis* (Vid. Tabulae V. n. 5. cum probat.) Idem porro ſcribit: *Eorum filios acerbo praeuentos eſſe occaſu, et ſolum ſuperſtitem, adhuc vitales carpere auras, Hugonem, et nomine et officio Abbatem.*

Martyrologium monaſterii S. Antiſſiod. ap. Buchettum l. c. pag. 181, *Anno DCCCLXII. XIV. Kall. Martii obiit Comes Chonradus, maior illius Eccleſiae reſtaurator, in qua ſepultus eſt.*

32.) Annaliſta Metenſis ad et A. 867. *Hugo Abba in locum Roberti ſubſtituitur - - ſiquidem Odo et Robertus, filii Roberti, adhuc paruuli erant, quando pater extinctus eſt* (in praelio cum Normanis) *et iccirco non eſt illis ducatus commiſſus*; ad A. 887. *Hugo Abba magnae poteſtatis vir - moritur. Ducatus autem quem tenuerat, Odoni, filio Roberti, ab Imperatore traditur, qui ea tempeſtate Pariſiorum Comes erat, et - - contra Normannorum aſſiduam impugnationem ciuitatem totis viribus tuebatur.* Et ad A. 888. *Gal-*

liarum

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/26 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

liarum populi in vnum congregati cum conſenſu Arnulfi, Odonem Ducem filium Rotberti, de quo paulo mentionem fecimus — Regem ſuper ſe pari conſilio creant, qui rempublicam viriliter rexit; A. 898. *Odo Rex aegritudine pulſatur et menſe Ianuario, tertio die eiusdem menſis, diem clauſit extremum et ap. S. Dionyſium, cum debito honore ſepulturae mandatur.*

33.) Charta Roberti in Fratrum Sammarthanorum Galliae Chriſtiana T. I. p. 749. *Ego — Robertus, miſericordia Dei Comes, et Abbas inclytae congregationis B. Martini — redimus S. Martino — praedium in pago Pictuenſi, Dociacum ---- quacunque lege ---- relegauerat olim glorioſiſſ. Rex ſenior noſter Dominus Carolus Canonicis ---- in qua mercede glorioſum a Deo electum Regem, Dominum ac ſeniorem, ac germanum noſtrum, Odonem, participem volumus adeſſe ---- Inſuper etiam eiusdem muneris beneficio ſimul conſertem volumus eſſe Dominum et genitorem noſtrum, Robertum, glorioſum, dum vixit in terris, Comitem, et eiusdem loci Abbatem ---- Data eſt 17. Kalend. April. in die ſanctiſſima Paſchae Turonis ---- anno VII. regnante Domino Odone Rege.* (A. C. 894.)

Conf. in huius tabulae probat. n. 30. teſtimonium Annaliſtae Bertin. ad A. 861, et in probat. n. 32. teſt. Annaliſtae Metenſis ad A. 867.

Frodoardus in chronico ad A. 922. *Franci Rotbertum ſeniorem eligunt, ipſique ſeſe committunt. Robertus itaque Rex Remis ap. S. Remigium ab Epiſcopis et Primatibus conſtituitur. Heriueus Remorum Archi-Ep. obiit tertia die poſt conſecrationem Rotberti Regis, ſc. ſexto nonas Iulii;* Et ad A. 923. *Karolus ---- Dux Lotharienſium Axonam tranſiit, et ſuper Rotbertum cum armatis Lotharienſibus venit ---- commiſſoque proelio ------ Rotbertus quoque Rex lanceis perfoſſus cecidit.*

34.) Charta Hugonis M. in Blondelli Genealogiae Franciae plen. aſſertione, p. 149. et Ducis Epernoni hiſt. verae Originis tertiae ſtirpis Regum Galliae P. II. p. 110: *Nos in Dei nomine Hugo, Rector Abbatiae S. Martini ---- pro eleemoſyna Domini genitoris noſtri, Roberti,*

berti, quondam Regis, ac genitricis noſtrae Dominae Beatricis, alodum iuris noſtri, quem ex materna hereditate — poſſidere videmus, Caſtellionem nomine — in pago Bituricenſi — Data VII. Kal. Apr. Turonis — anno VIII. regnanti Domino Rudolfo Rege. (A. 931.)

35.) Frodoardus ad A. 936. *Hugo, filius Rotberti, cum Hugone, filio Richardi, diſpertita inter ſe Burgundia pacem facit*, et ad A. 956. *Hugo Princeps obiit.*

36.) Frodoardus ad A. 922: *Karolo* (ſimplice) *Laudunum regreſſo Hugo, filius Rotberti — ſuper Vidulam venit — Haganoni autem Rex Abbatiam Rothiltis, amicae ſuae, Socrus autem Hugonis, dederat, nomine Calam.*

37.) Guilielmus Malmesburienſis, p. 46. *Eduardus Rex, quia multas filias habebat dedit Edgitham Carolo, Regi Francorum, F. Ludouici Balbi — Ex Elflada, F. Comitis Ethelmi, tulit ſex filias — Edginam pater dedit Karolo Regi, ut dixi, Ethildam frater Ethelſtanus Hugoni.*

Frodoardus ad A. 926. *Hugo, filius Rotberti Filiam Eduuardi, Regis Anglorum, ſororem Caroli, duxit vxorem.*

38.) Frodoardus ad A. 938. *Hugo Princeps, filius Rotberti, ſororem Ottonis, Regis Transrenenſis, filiam Henrici ducit vxorem.*

Guido ap. Albericum ad A. 944. *Rex Ludouicus, vt illatas ſibi Ducis Hugonis propulſaret iniurias Imp. Ottonis ſororem Gerbergam, duxit vxorem; quod Hugo Dux intuens — alteram eius ſororem matrimonio ſibi copulat Hadwidem.*

Charta Hugonis Magni in Io. Besly Hiſt. Comitum Pictauienſ. p. 240. --- *Nos Hugo --- clementia omnipotentis Dei Francorum Dux --- Domino meo Martino ſuaeque congregationi, cui praeeſſe videor Abbas et Rector, duos iuris mei alodos --- trado --- --- Nos in Dei nomine Bernerius videlicet gregis S. Martini Leuita atque Decanus --- caeterique praelibarae congregationis fratres, concedimus praefato ſeniori patrique noſtro Hugoni, nec non amabilimae --- coniugi ſuae Haduidi --- res, quas idem S. Martinus delegauerat --- Data Turonis*

ronis XVIII. Kal. Octobr. in anno II. regnante Domino Hludouico Rege.

38.) Continuatio Chronici Frodoardi ex Chronico Willelmi Nangii in du Chesne T. III. pag. 627. ad A. 987. *Ludouicus, Rex Francorum, ſine herede moritur, et apud Compendium in eccleſia SS. Martyrum Cornelii et Cypriani ſepelitur. Tunc Francis regnum transferre volentibus ad patruum eius, Karolum, Ducem Lotharingiae, fratrem Lotharii Regis, dum ille rem ad conſilium defert, et accipere regnum tardat, regnum Francorum capit Hugo Capucti, Comes Pariſienſis, et Dux Francorum, filius Hugonis M. Comitis quondam Pariſienſis, ex Haouide, ſorore Ottonis I. Imp. Hic adminiculante Richardo, Duce Normanniae -- eodem anno coronatus in Regem Remis, regnauit annis IX. -- Sic, vt aliqui dicunt, translatum eſt regnum Francorum de progenie Karoli in progeniem Comitum Pariſienſium.*

PROBATIONES
AD TABVLAM II.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) IN Dotatione eccleſiae Cathedralis Vltraiectenſis A. 721. a. Carolo Martello, Maiore domus regiae ſub Theodorico R. Franc. in Miraei donat. Belgic. c. 3. *Ego in Dei nomine illuſter Vir, Carolus, Maior domus, filius Pippini quondam --- Actum Herestallio villa publica ipſo die Kalend. Ianuarii, anno ſecundo regnante glorioſo Domino Theodorico Rege.*

Signum illuſtris viri Karoli Maioris domus ---

S. Karolomanni filius eius.

Ibidem c. 4. in alia charta eiusdem de A. 721: *Ego in Dei nomine Inluſter vir, Karolus, Maior domus, filius Pipini quondam -- trado -- villam Iuris noſtri nuncupatam Eliſte -- quam glorioſus Rex Hildebertus genitori noſtro Pippino de ſuo fiſco, et ex largi-*

 tatis

tatis ſuae munere conceſſit, mihique genitor meus Pippinus iure — haereditario in proprietatem conceſſit — Actum Tulpiaco caſtro publico menſe Iulio, nona die, anno ſexto regnante glorioſo Rege Francorum Theodorico.

Annales Franc. Fuld. ad A. 714. *Pipini filius Karlus ex Altheida, quam poſthabita coniuge Waltrude duxit vxorem, ſub honore Maior domatus tenuit regnum Francorum annis XXVII. ibid. ad A.* 815. *Poſt mortem Pipini Plectrudis eius relicta vidua incomparabili odio contra Carlum ſuccenſa, cuſtodia eum publica obſeruari iubet, vnde ille diuino auxilio liberatus;* et ad A. 741. *Carlus anno ducatus ſui XXVII. moritur Pariſiis, et apud S. Dionyſium ſepelitur.*

Marcellinus in vita S. Swiberti c. 25. *Plectrudis miſit S. Svvibertum — ad Pipinum principem, coniugem eius, ad informandum eum, ſi obiret, ne illuſtres legitimos ſuos filios Drogonem, Ducem Campaniae, et Grimoaldum, maiorem domus Childeberti R. exhaeredaret, haeredem ſcribendo Carolum Martellum, illegitimum, ex Alpaide pellice genitum. — Alpais et ipſa interpellans importune pro filio ſuo, Carolo Martello ap. Pipinum, impetrauit cuncta pro filio ſuo, quae petierat.*

Vita S. Rigoberti Archi Ep. Remenſis n. 10. *Pipini Filius Karlus, quia ab ineunte aetate fuerat vir bellicoſus et robore fortiſſimus, poſtmodum Martellus eſt cognominatus.*

Hugo Flauiniac. in chronico p. 107. de Carolo: *qui ideo Tudites appellatus eſt, quod eſt malleus fabri, quia ſicut malleo vniuerſa tunduntur ferramenta, ita ipſe contriuit omnia regna ſibi vicina.*

Annales Metenſes ad A. 716. *Secundo autem anno poſt diſceſſum Patris ſui Pippini Karolus Auſtraſiorum ſortitus eſt principatum.*

Chronicon breue monaſt. St. Dionyſii in du Cheſne T. III. p. 127. *A. 717. bellum fuit inter Karolum et Ragenfredum in Vinciace, menſe Martio, media Quadrageſima, die Dominica.*

Fredegarius c. 106. *Bellum iniere, die Dominica, in quadrageſima XII. Kal. Aprilis, in loco, nuncupato Vinciaco, in pago Cameracenſi,*

nimia

TABVLA II.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) Carolus Martellus, *F. Pippini Iunioris ex Alpaide*, ſecundum Tab. I. n. 24. *Maior-Domus Auſtraſiae A. 716. et poſt pugnam Vinciacenſem d. 21. Mart. A. 717. etiam Neuſtraſiae*, Patricius *Romanorum A. 740. † d. 22. Octobr. A. 741. ſep. ap. S. Dionyſ* p. 17.

Vxores. 2.) I. Rotrudis, *† A. 725.* p. 19.
3.) II. Suanehildis, *detruſa in Kalenſe coenobium A. 741.* p. 19.

- I. 4.) Carlomannus. *Mai. Domus et Princeps Auſtriae, Aleman. et Thuringiae, A. 741. Monachus Soractenſis et Caſſinenſis A. 747. † Viennae d. 4. Dec. A. 755. ſep. in monte Caſſino.* p. 20.
  - 5.) Drogo et Fratres *Monachi A. 753.* p. 22.
- I. 6.) Pippinus. vid. TAB. III.
- II. 7.) Griſo *ab A. 741. vsque ad A. 749. multoties rebellis, † A. 753.* p. 22.
- 8.) Remigius *Archi-Ep. Rothomagenſis A. 755. † d. 14. Ianuar. A. 771. ſep. in templo B. Medardi Sueſſon.* p. 24.
- 9.) Bernardus A. 773. p. 25.
  - 10.) S. Adelhardus, *n. A. 751. monachus Corbei. A. 771. ibidemque Abbas A. 809. exul A. 814. reuocatus A. 821. fundator nouae Corbeiae d. 25. Aug. A. 822. † 2. Ianuar. h. 9. A. 825. ſep. in baſil. S. Petri Corbeiae vet.* p. 25.
  - 11.) Arſenius it. Wala, *Comes; aula pulſus monachus Corbeienſ. A. 814. ibidemque Abbas A. 825. exul A. 830. † m. Sept. A. 836.* p. 26.
    - *Vxor* 12.) Filia *Wilhelmi*, *C. Toloſae*, et ſoror *Bernhardi, D. Septimaniae*, p. 27.
  - 13.) Bernarius, *Monachus Corbeienſis A. 821.* p. 28.
  - 14.) Gundrada, *Virgo Palatina, et demum Monacha ap. S. Radegundem Pictauienſ.* p. 28.
  - 15.) Theodrada, *Vidua et Abbatiſſa S. Mariae Sueſſionenſ.* p. 28.
- 16.) Hieronymus A. 754. p. 29.
  - 17.) Fulradus, *Abbas S. Quinti A. 814.* p. 29.
- 18.) Chiltrudis p. 30.
  - *Maritvs* Odilo, *D. Bavariae et Pater Thaſſilonis D. A. 743. Ambo ſep. in monaſt. Oſterhofenſ.*
- 19.) Handrada
  - *Maritvs* Sigrafius. p. 30.
  - 20.) Chrodegangus, *Hasbanienſis, Ep. Metenſis d. 30. Sept. A. 742. dictus Archi-Epiſc. A. 754. Abbas I. Laurishamenſis A. 763. † d. 6. Martii A. 766. ſep. in monaſt. Gorzia.* p. 30.
  - 21.) Gundelandus. *Abbas II. Laurishamenſis A. 766. † A. 778.*
    - 22.) Ingoramus Dux, p. 59.
      - 23.) Irmingarta. p. 59.
        - *Maritvs* 24.) Ludouicus Pius Imp. p. 59. *Vid.* Tab. V. n. 1. et 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/32
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

nimia caede inuicem colliſi. Chilpericus et Raganfridus deuicti, in fugam lapſi tergavertentes euaſerunt, quos Garolus perſecutus Pariſios ciuitatem properauit.

Fredegarius 110. *Eo tempore* nemp. 740. *bis a Roma B. Papa Gregorius claues venerandi ſepulchri cum vinculis S. Petri, et muneribus magnis et infinitis legationem (quod antea nullis auditis aut viſis temboribus fuit) memorato Principi Carolo deſtinauit: Eo pacto patrato, vt ad partes Imperatoris recederet, et Romanum Conſulatum praefatum Principi Carolo ſanciret.* Eadem fere habet Annaliſta Metenſis ad a. 741.

Carolus M. Imp. in charta diuiſionis inter filios de A. 806. ap. Baronium ad h. a. n. 24. *Super omnia autem iubemus, ut ipſi tres fratres curam et defenſionem eccleſiae S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab auo noſtro Carolo, et b. m. genitore Pippino R. et a nobis poſtea ſuſcepta eſt.*

Annales Metenſes ad A. 741. *Karolus praeterea Princeps ad Cariſiacum ciuitatem properans ad ſepulcrum beatiſſimi martyris Dionyſii orationis cauſa peruenit. Cui multa munera poſt actam orationem deuoto animo contulit. Inde vero veniens ad Cariſiacam villam, ſuper fl. Iſſera ſitam perrexit, in qua valida febre correptus in pace obiit, cunctis in gyro gentibus poſitis Francorum ditioni ſubactis. Rexitque populum Francorum annis XXVI, menſibus VI. Tranſiit itaque XI. Kal. Nouembris, ſepultusque haud longe a Pariſiaca ciuitate in baſilica S. Dionyſii martyris.* Conſentit in omnibus Fredegarius c. 110.

2.) Caroli Martelli primae coniugis nomen in Annalibus Francicis annatatum non inueni; Recentiores tamen ſcriptores ad hanc referunt ſequentia teſtimonia paululum obſcuriora:

Annales Fr. Tiliani in du Chesne T. II. p. 7. A. 725. *Quando Karolus primum fuit in Bauarios et Chortudis moritur.*

Annales Nazariani ibid. p. 3: *Hrotrudis mortua.*

3.) Annales Eginhardi ad Annum 741. *Hoc anno Carolus Maior domus diem obiit, tres filios haeredes relinquens, Carolo-*

Tolomannum ſcilicet, Pipinum atque Grifonem: quorum Grifo, qui caeteris minor natu erat, matrem habuit nomine Suanihildem, neptim Odilonis, Ducis Baioriorum.

Annales Metenſes ad a. 741. *Carolus adhuc viuens cum inter filios ſuos Carlomannum et Pippinum principatum ſuum diuideret, tertio filio ſuo Gripponi, quem ex Sonihilde, quam de Bauaria captiuam adduxerat, habuit, ſuadente eadem concubina ſua, partem ei in medio principatus ſui tribuit, partem videlicet aliquam Niuſtriae, partemque Auſtriae, et Burgundiae.*

Otto Friſingenſis lib. V. chron. c. 19. et Albericus ad a. 748. perperam Suanehildam, Odilionis, Baioariorum Ducis, conſanguineam, faciunt vxorem Grifonis.

4) Annales Francorum Fuldenſes ad A. 741. *Carli filii Carlmannus et Pipinus, ſub obtentu Maior-domatus totius Franciae regnum ſuſcipiunt et inter ſe diuidunt*, ad A. 747. *Carlmannus, relicta, quam tenebat poteſtate, Romam vadit, ibique mutato habitu religioſe victurus, in Caſſinum ad S. Benedictum ſecedit, et monachus efficitur*, et ad A. 754. *Carlmannus, frater Pipini cum conſilio Haiſtulfi regis Longobardorum in Franciam veniens ad perſuadendum fratri, ne exercitum in Italiam duceret, non poſt multos dies Lugduni vita deceſſit,*

Continuator Fredegarii c. 110. *Memoratus Princeps Carolus conſilio optimatum ſuorum expetito, filiis ſuis regna diuidit. Itaque primogenito ſuo, Carolomanno nomine, Auſter et Suauiam, quae nunc Alemannia dicitur atque Thoringiam tradidit. Alteri vero ſecundo filio juniori Pippino nomine Burgundiam et Neuſter, et Prouinciam permiſit.* Conf. Annal. Mettenſ. *ad A.* 741. Eginhartus de vita Caroli M. c. 2. *Hunc magiſtratum, cum Pipinus, pater Caroli Regis, ab auo et patre ſibi et fratri Carolomanno relictum ſumma cum eo concordia diuiſum, aliquot annis, velut ſub rege memorato tenuiſſet. frater eius Carolomannus incertum, quibus de cauſis, tamen videtur, quod amore conuerſationis contemplatiuae ſuccenſus, operoſa temporalis regni adminiſtratione relicta, Romam ſe in otium*

contu-

contulit, ibique habitu permutato, monachus factus in monte Soracte ap. eccleſiam B. Syluestri constructo monasterio ---- per aliquot annos optata quiete perfruitur. Sed cum Francia multi nobilium, ob vota ſoluenda, Romam ſolenniter commearent, et cum velut Dominum quondam ſuum, praeterire nollent, otium ---- crebra ſalutatione interrumpentes, locum mutare compellunt. Nam cum huiuscemodi frequentiam ſuo propoſito officere vidiſſet, relicto monte, ---- ad monaſterium S. Benedicti ſitum in monte Caſſino ſeceſſit, et ibi, quod reliquum erat temporalis vitae religioſe conuerſando compleuit.

Eandem cauſam permutationis monaſterii Soractenſis cum Caſſinenſi adducit Marianus Scotus ad A. 747.

Seceſſum hunc Carlmanni ex Francia in Italiam non A. 746. vti ſcribunt Regino, Sigebertus Gembl. et alii, ſed A. 747. factum fuiſſe, confirmat praeter aliorum chronologorum fidem ſequens ſubſcriptio chartulae Bonifacianae de finibus et terminis monaſterii Fuldenſis in Broweri lib. I. antiqu. Fuldenſ. c. 4: *Anno Dominicae incarnationis DCCXVII, Principatus vero nobilium virorum Karlmanni et Pippini fratris eius anno VI. menſe Martio XXII. die.*

Anaſtaſius de vitis Pontificum Rom. n. XCII. in S. Zacharia p. 79. *Huius temporibus Carolomannus, F. Caroli Fr. Regis, praeſentis vitae relinquens gloriam atque poteſtatem terrenam ad B. Petrum Ap. Principem deuotus cum aliquantis ſuis aduenit fidelibus, ſeque eidem Dei contulit Apoſtolo, atque in ſpirituali habitu ſe fore ſpondens permanſurum, clericatus iugum ab eodem ſanctiſſ. ſuſcepit pontifice.* Et n. 94. in S. Stephano III. p. 85. *Nefandiſſimus Aiſtulfus Carolomannum, fratrem benigniſſimi Principis Pipini, regis, a monaſterio B. Benedicti, in quo --- monachice degebat, diabolicis eis ſuaſionibus ſuadens Franciam prouinciam ad obiciendum atque ad aduerſandum cauſae redemptionis ſanctae Dei eccleſiae, reipublicae Romanorum direxit --- quod praefatus Carolomannus Deo ſe deuouerat --- in monaſterio cum illic in Francia collocauerunt, ubi eſt poſt aliquantos dies diuina vocatione de hac luce migrauit Anno Domini 755.*

Pippinus in epiſtola ad Bonifacium Archi-Ep. ap. Baron. ad ann. 755. n 29. *Pippinus Rex Francorum —— Quia veneranda pietas tua noſtram excellentiam poſtulauit pro monaſterio, quod a te nouiter iuſtructum eſt in ſolitudine Buchonia, iuxta fluuium Fuldae in loco, quem beatae memoriae Carolomannns, Germanus noſter, legitima donatione tibi conceſſit.*

Leo Oſtienſis lib. I. c. 7. *Poſtmodum cum Carolomannus ab Aiſtulpho Longob. R. rogaretur, vt pro quibusd. regni ſui negotiis ad Pippinum fratrem ſuum R. Fr. pergeret; Abbate quoque id fieri poſtulante, aegre conſentiens, profectus tandem eſt. Vbi cum aliquandiu remoratus eſſet —— defunctus eſt. Cuius poſtea corpus idem Pipinus frater eius locello aureo conditum, cum aliis plerisque muneribus huc illud, ad ſuum ſcilicet remiſit monaſterium.*

Regno ad a. 754. *Cum Pipinus rex Italiam ingreſſus eſſet, Carolomanus monachus Vienna ciuitate remanſit vna cum Bertrada regina, vbi languore correptus diem clauſit extremum.* De Vienna conſentit Sigebertus Gemblac. ad h. a. et Chronica regi S. Pantaleonis ad h. a. diſſentit vero Hermannus Contr. Vrſtiſianus, ſubſtititque ad h. a. *Ludunum.*

Vetuſtum necrologium Flauiniacenſe in Pagi Critica Baron. T. III. p. 296: *Carlmannus monachus obiit prid. Nonas Decembris.*

5.) Continuator Fredegarii in du Chesne T. I. p. 773. *Sequenti curriculo annorum Carolomannus deuotionis cauſa inſtinctu ſuccenſus, regnum vna cum filio ſuo Drogone manibus germani ſui Pippini committens, ad limina beatorum Ap. P. et P. Romam in monachorum ordine perſeueraturus aduenit.*

Annales Maſciacenſes ad a. 743. *Papa venit ab vrbe Roma et Carolomannus, et filii eius tonſi ſunt.*

Bonifacius Archi-Ep. Mogunt. ep. 42. ad Andhunum Abb. *Indica nobis aliquid de Epiſcopo noſtro, an ad Synodum Ducis Occidentalium Prouinciarum perrexiſſet, an ad filium Carlomanni.*

7.) Videantur teſtimonia in n. 3. allata.

Annales Metenſes ad a. 741. *De hac autem tertia portione,*

quam Gripponi adoleſcenci deceſſurus Princeps tradiderat, Franci valde contriſtati erant, quod per conſilium mulieris improbae fuiſſent diuiſi, et a legitimis haeredibus ſeiuncti; conſilioque inito, ſumtis ſecum principibus Carolomanno et Pippino, ad capiendum Gripponem, exercitum congregant. Haec audiens Grippo, una cum Sonihilde genitrice ſua fuga lapſus, cum his, qui eum ſequi voluerant in Lugduno Clauato ſe incluſerunt, Carlomannus vero et Pippinus eos ſubſequentes, caſtrum obſident. Cernens autem Grippo quod minime poſſet euadere, in fiduciam fratrum ſuorum venit. Quem Carlomannus accipiens, in noua Caſtella cuſtodiendum transmiſit. Sonihildi vero Lalam monaſterium dederunt. Et ad a. 747: Eodem anno Pippinus, omnium Francorum generaliter Princeps, miſericordia motus, fratrem ſuum Gripponem de cuſtodia, in qua eum germanus ſuus Carlomannus recluſerat, liberauit, et ipſum fraterna dilectione honoratum in palatio ſuo habuit, deditque illi Comitatus et fiſcos plurimos. Ad a. 848. *Gripo, quem de cuſtodia fraterno affectu Pippinus ſoluerat, tyrannico faſtu multos ſibi nobilium ſociauit et fuga lapſus Rhenum tranſiens in Saxoniam venit —— Pippinus vero, adunato exercito per Thuringiam in Saxoniam proficiſcens, peruenit ad fluuium Obacra —— Saxones vero cum Grippone ex alia ripa erant — Sed dum viderent, quod eos eadem firmitus minime defendere poſſet, per noctem fuga lapſi caſtra deſeruerunt.* Ad a. 749. *Gripo videns, quod Saxonum armis minime defendi poſſet in Baioariam confugit. Quorum Dux eo tempore Odilo defunctus erat, cui Taſſilo filius eius ſucceſſerat, quem de principatu Gripo abegit, et ſibi ipſe Baioarios ſubiugauit — Haec audiens Pippinus cum exercitu illuc pervenit, victisque Baioariis Griponem ſecum — abducens Taſſilonem in ducatus collocauit. Solita autem pietate fratri ſuo Gripponi — miſericorditer non ſolum pepercit, ſed etiam beneficiis ditauit. Nam Gripponi Cinomanicam vrbem cum XII. comitatibus dedit. Quibus ille ſolito more deſpectis, Waſconiam petiit, et ad Waifarium, Ducem perfidum Aquitaniorum, peruenit.*

Alter

Alter Continuator Fredegari ad a. 753. *Rex Pippinus -- ad caſtrum, cuius nomen eſt Bonam, veniens, dum haec ageret nuncius veniens ex partibus Burgundiae, quod germanus ipſius Regis, nomine Gripho, qui dudum in Waſconiam ad Waifarium principem confugium fecerat, a Theudoeno Viennenſe, et Friderico Vltraiurano Comite, dum partes Longobardiae peteret, et inſidias contra ipſum praedictum regem pararet, apud Mauriennam vrbem ſuper fluuium Arboris, interfectus eſt.*

Annales Francorum Fuldenſes ad a. 753. *Grypho, frater Pipini cum Italiam petere conaretur, in valle Maurienna, a comitibus fratris ſui occiſus eſt.*

8.) Vita S. Remigii in Lambecii T. II. Comment. de biblioth. Vindobonenſi c. 8. p. 909. lect. 1. *B. Remigius Caroli exſtitit filius, qui maior domus Regiae eſt appellatus, habuit autem fratres Pipinum ſcilicet et Karlomannum;* Lectione III. *Contigit interea, vt Rotomagenſis Vrbis pontifex, nomine Ranfridus, carnis ſolutus ergaſtulo humanis rebus excederet - - - - vnde ciues eiusdem metropolis pari voto et conſenſu legationem dirigunt Pipino excellentiſſimo Regi, vt B. Remigius eorum fieret Paſtor et Praeſul.* Et Lect. VIII. *B. Remigius tranſiuit de mundo XIV. Kal. Februarii anno Chriſti* 771. *ordinationis vero ſuae anno XVII. et ſepultus eſt in eadem eccleſia B. Dei genitricis Mariae, vbi multo tempore requieuit. Deinde tranſlatum eſt ſanctum corpus eius ad vrbem Sueſſonicam in eccleſiam B. Medardi.*

Annales Petauiani ad a. 755. *In hoc anno Domnus Remedius adeptus eſt ſedem eccleſiae Rotomagenſis.*

Sigebertus Gembl. ad a. 751. *Remigius, eiusdem Pipini regis frater, Rodomenſis Archiepiſcopus in Gallia claret.*

Albericus ad a. 747. *Quatuor habuit filios Karolus Martellus, Pippinum principem, et Karolomannum monachum, et Remigium, virum ſanctum, Rothomagenſem poſtea Archipiſcopum, et iſtum Griffonem.*

9.) An-

9.) Annales Franc. rer. Loiſeliani ad A. 773. *Carolus — Rex — miſit Bernardum auunculum ſuum per montem Iouis.*

Eginhardus in annalibus ad h. a. Karolus — *vnam partem exercitus cum Bernharto patruo ſuo per montem Iouis ire iuſſit.*

10.) S. Paſchaſius Ratbertus in vita S. Adelardi ap. Sur. c. 1. *Adelardus cum eſſet regali proſapia, Pipini Magni Regis nepos, Caroli conſobrinus Auguſti, inter palatii tyrocinia omni mundi prudentia eruditus. Erat autem maior natu.* Idem porro ait Adelardum monachum factum Corbeienſem anno aetatis XX. *Elegiſti eum, bone Ieſu, ferme cum viginti eſſet annorum,* et ob propinquorum crebras viſitationis ſtudio quietis ſeceſſiſſe Caſſium c. 3. Porro deſcribit c. 4. eius electionem in Abbatem Corbeiae veteris, res ab eo in Italia geſtas c. 5. exilium poſt mortem Caroli M. c 9. - 12. reuocationem ab exilio c. 13. initia Corbeiae Saxonicae c. 16. mortem c. 19. ſepulturam in baſilica B. Petri Apoſtoli et epitaphium c. 20. in cuius ultimo diſticho dies mortis eiusdem ita exprimitur:

Nam poſt octauas Domini hic carne ſolutus
Succedente die aſtra petiuit ouans.

S. Gerardus, Abbas Siluae-Maioris in vita S. Adelardi c. 1. *Adelardus ſecundum enim totius generoſitatis genealogiam, ab ingenuis Francorum regibus deducens natiuitatis lineam, Bernardum, fratrem magni Pipini Pegis, habuit patrem: conſanguineum quoque aequiuocum Pippini, Pippinum iuniorum, conſobrinum, que m et collegam ſub alas ſcholares eundem Carolum Imperatorem — — Abdicatis - - palatii inſignibus — viceſimum aetatis annum agens — ſtatuit ſuſcipere iugum Chriſti.* Cap. VI. *Qua veneratione poſtquam expleuit ſeptennium — Deus — ſolita dignatione ſoluit eius exilium.* Cap. IX. *Redierat a Saxonia in Galliam, vt fundata filia in Chriſto aduentum Domini celebraret apud matrem Corbeiam — Bis quarto autem natalis, i. e, circumciſionis die, alacrius coepit precibus Deo inſiſtere, vt celebratis diebus tantem liceret eum hinc abire. Nec fuerunt preces ſine voto :· peracto quippe mediae noctis*

ſpatio praeſcius futurorum conuocatos fratres adorſus eſt hoc modo: — — Horum pſalmis — ab hora prima commendatus Domino circa horam nonam emiſſo ſpiritu, perculit ſuos triſti deliquio.

Mabillonius in Seculo Benedictimo IV, Pagi in Critica Baroniana, aliique grauiſſimi autores annum vigeſimum aetatis Adalhardi coniungunt cum A. C. 771. aſſeruntque, eundem poſt mortem Carolomanni Regis feceſſiſſe in monaſterium Corbeienſe.

Hincmarus in ep. XIV. ad proceres regni c. 12. *Adalhardum ſenem et ſapientem, Domni Caroli Magmi Imperatoris propinquum, et monaſterii Corbeiae Abbatem, inter primos conſiliarios primum in adoleſcentia mea vidi: cuius libellum de ordine Palatii legi et ſcripſi.*

Annales Fuldenſ. ad A. 809. *Definiendae quaeſtionis de proceſſione Spiritus ſancti Bernhardus, Epiſcopus Wangionum, et Adalhardus, Abbas Gorbeiae monaſterii, Romam ad Leonem Papam miſi ſunt.*

Eginhardus in annal. ad A. 821. *Adelhardum quodque de Aquitania, vbi exulabat, euocatum, Corbeiae monaſterio, vt qrius fuerat, Abbatem ac rectorem eſſe iuſſit, et Bernarium fratrem eius reconciliatum eidem monaſterio reddidit.*

Annaliſta Saxo in Cl. Eccardi T. II. Corp. Hiſt. med. aeui p. 186. *Ao Dom inc. 822. inchoatum eſt monaſterium in noua Corbeia per Adelhardum, antiquae Corbeiae in Francia Abbatem.* Antiquus Scriptor de conſtructione monaſt. nouae Corbeiae in Saxonia in du Chesne T. II. p. 347. *Sanctificatam Corbeiam nouam eſſe dicit, A. 822. regnante Ludouico, ſereniſſ. Aug. VIII. Kl. Septembr.*

Idem Analiſta: *A 825. S. Adelhardus Corbeienſis Abbas obiit, cui Warinus ſucceſſit.*

11.) Eginhardns in annal. ad A. 811. *Primores de parte Francorum hi. fuere, Walach, filius Bernhardi — — omnes Comites.* Et ad A. 812. *Imperator, --- --- Bernhardum, filium Pipini, nepotem ſuum in Italiam miſit. --- --- Wallonem, filium Bernhardi patruelis ſui, ſecum eſſe iuſſit;* Et ad A. 822. *Imperator Ludouicus --- de iis, quae circa Adelhardum Abbatem et fratrem eius*

Wal-

Wallachum geſta ſunt — poenitentiam agit —— Imperator Lotharium filium ſuum in italiam miſit. Cum quo Wallachum, monachum, propinquum ſuum, fratrem videlicet Adelhardi Abbatis — vna miſit.

Vetuſtus Autor libelli de conſtr. Corbeiae nouae l. c. pag. 346. *Walo, frater erat prioris Adhalardi, et in diebus Karoli Imp. magnae fuerat poteſtatis, omnibus, qui erant in Palatio venerabiliores, et omni prouincia Saxonica, praelatus.* Et p. 348. *Walo — iuſſus pergit ad Palatium, inde ad proprium monaſterium ſtatimque ibi ab omnibus eligitur ad Abbatem.*

Conf. inprimis Paſchaſius Ratbertus *in Vita Walae in Mabillonii Sec. IV. Benedictino*, qui omnes vitae et fortunae viciſſitudines, quas expertus eſt Arſenius, ſeu Wala, prolixe recenſet.

Annales Bertiniani ad A. 836. *Tunc etiam Walo Abba, cuius conſiliis Lotharius plurimum vtebatur, in Italia obiit.*

Aſtronomus in vita Ludouici Pii ad A. 835. *Quum Imperator — placitum ſequens in Theodonis villa poſt Paſcha conſtituiſſet — filio ſuo Lothario mandauit, vt nobiles quisque ſuorum ad eundem locum dirigeret, quatenus reconciliationis mutuae inter ſe et illum ratio inueſtigaretur —— Miſſi a filio — plurimi: inter quos etiam Wala primus affuit — Imperator cum coniuge reconciliari voluit primum ipſi Walae --- mandauitque per eum --- vt filius quantocyus veniret --- Sed ne mandatum Imperatoris ad effectum perduceretur morbus febrisque interceſſit, et Walam quidem rebus humanis abduxit.* --- Et p. 314. *Ea tempeſtate quanta lues mortalis populum, qui Lotharium ſecutus eſt, inuaſerit, miſerabile dictum eſt. In breui enim, i. e. Calendis Septembris, vsque ad miſſam S Martini, hi primores eius vita exceſſerunt ----- Walai Corbeienſis Monaſterii Abbas.*

12.) Paſchaſius Ratbertus in vita Walae Lib. II. c. 8. *Arſenius belluae factioſiſſimae* (Bernhardo Duci Septimaniae) *quia prius et pater eius* (Wilhelmus Comes Toloſae) *et ipſi amiciſſimi fuerant, affatus eſt fideliter cum omni amicitiarum obſequio. Nec immerito*

 igitur,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/41 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

igitur, eo quod olim vxorem ſibi ſororem ipſius (Bernhardi) *filiam nobiliſſimi viri et magnificentiſſimi* (Wilhelmi) *duxerat.*

Inueni duo nomina filiarum Wilhelmi Comitis in monumentis antiquis, quod autem ex illis aſſignandum ſit Coniugi Walae diiudicare non potui. Ipſe Wilhelmus in charta donationum monaſterio Gellonenſi factarum A. 804. in Appendice ad Vitam Wilhelmi auctore graui Sec. XI. ſcriptam in Actorum SS. Antwerp. Maii T. VI. ad d. 28. h. m. p. 820. de filia ſua ita loquitur: *In nomine — Ego Willelmus, Gr. D. Comes — de parentibus meis, qui defuncti ſunt, i. e. genitore meo Theudoino* (aliud exemplar. *Teuderico*) *et genitrice mea Aldana et fratribus meis Theudonio et Adalelmo, et ſororibus meis, Albana et Bertana, et filiabus meis et filiis Parnardo, Wilchario, Gotcelmo, Helimbruch, et vxoribus meis Cunigunde et Guitburge.* Duplicati lectio: *Et fratres meos Teodoino, et Theodorico, et Adalelmo, et ſorores meas Abane et Bertane, et filios meos, et filias Witcario, et Helinbruch, vxores meas Witburg et Cunegunde.*

Alteram filiam producunt ſcriptores vitae Ludouici Pii, et nominant Gerbergam. Theganus c. 52. *Lotharius reſidens in ciuitate Cabullonum ſanctimonialem feminam, quae erat ſoror Ducis Bernhardi, nomine Gerbrich, iuſſit in vaſe vinotico claudere, et proiicere in flumen Ararim.* Aſtronomus ad A. 834: *Gerberga, filia quondam Willelmi Comitis, tanquam venefica, aquis praefocata eſt.*

13.) Aſtronomus in vita Ludouici Pii Imp. ad a. 821. in du Chesne T. II. p. 301. *Imperator -- Adalhardum etiam Abbatem, quondam Corbeiae Monaſterii, ſed tunc in S. Filiberti monaſterio conſiſtentem, magiſterio priori reddidit. Itidemque fratrem eius Bernarium, a monaſterio S. Benedicti euocatum et reconciliatum, eidem cum fratre reſtituit loco.*

Conf. teſtimonium Eginhardi in probat. n. 10. et Paſchaſii Rotbert in probat. ſubſequ.

14. et 15.) Paſchaſius Rotbertus in vita Adelhardi l. c. et in du Ches-

Chesne T. II. p. 652. *Erant—quinque vnius viri ſemine propagati—— Erat autem maior natus ſenex noſter ſanctiſſimus* (Adelhardus) — *Deinde Wala virorum clariſſimus,—— Quibus inhaerebat ex latere ſexu ſoror Gundrada —, virgo famliarior regi, nobilium nobiliſſima quae inter veneros Palatii ardores et iuuenum venuſtates, -- ſola meruit -- reportare pudicitiae palmam. Reliqui vero duo, videlicet Bernarius noſter, et Theodrada, ſoror eius Deo deuota, quae iam reddito fructu nuptiarum ſecundum caſtimoniae gradum arripuerat, ad pedes Ieſu cum Maria Domi ſedebant: Illa quidem Sueſſione ſanctimonialium regens vitam: Iſte vero Chriſti diſcipulatus nobiſcum habens formam. — praefata Gundrada ad S. Radegundem, quondam Reginam mittitur, idcirco, vt cui communicauerat ex parte florens inter Palatii diſcrimina, imitaretur virtutum eius inſignia.*

16.) Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Stephani III: *Dirigens cum eo* (Stephano Papa) — *Rex Francorum miſſos ſuos, fratremque ſuum Hieronymum.*

Annales Franc. Fuldenſes ad A. 754.: *Stephanus Papa Duce Hieronymo, fratre Pipini, Romam reuertitur.*

17.) Verſus Theodulphi, epiſcopi Aurelianenſis de Fulrado, Abbate S. Quintini in du Chesne T. II. p. 648:

Quum denis luſtris ternos minus inclytus annos
Rex ageret Karolus ſceptra tenendo pia,
Rebus et humanis exemtus culmina regi
Linqueret in gentis Rex Ludouice tibi,
Datque Octingentis Chriſti incarnatio felix
Addere curriculis quatuor atque decem;
Condere coepit opus huius venerabilis aulae
Abbas Fulradus nobilitate cluens
Namque huic Hieronymus, Carolus pater extitit illi,
Qui propriae ſpecimen gentis ad aſtra tulit,
Bella gerens, pacemque tuens, qui culmina regni
Ad prolem miſit auxiliante Deo.

18.) Continuator Fredegarii ad a. 741. *Chiltrudis quoque filia eius* (Caroli Martelli) *faciente conſilio nefario nouercae ſuae fraudulenter per manus ſodalium, ſuorum Rhenum tranſiit, et ad Odilonem, Ducem Baguuariae, peruenit. Ille vero eam ad coniugium copulauit contra voluntatem vel conſilium fratrum ſuorum.*

Annales Franc. Fuldenſes ad a. 749. *Pipinus in Baioariam pergens. Taſſilonem, nepotem ſuum, natum ex Hilthrude ſorore ſua, Ducem ibi conſtituit.*

Fundatio monaſterii Weſſobrunnenſis ex veteri codice in Gewoldi addit ad T. III. metrop. Salisb. Hundii p. 485. *Anno Domini 753. Taſſilo, filius Otilonis et Hiltrudae, ſororis Pipini, patris Caroli M. — Dux Bauarorum, in marchia Ducatus — venationi operam dabat aprorum.*

Sigebertus Gemblac. ad a. 743. *Ogdilo, Dux Baioariae, rapta ſorore Pipini contra eum rebellat.*

v. Hist. Germ. Bav. p. 734. Auentinus Lib. III. c. 9. §. 44. *Vtilo ſepultus eſt in Auſtrauia* (Oſterhouen) *vbi et regiam praetoriumque principale fuiſſe reperio: oſtenduntur ibi conditoria duo albo marmore extructa, alterum eſſe aiunt (ſicut et antiquiſſima literarum monumenta Veſſobrunae oſtendunt) Hiſtdrudae vxoris, alterum Vtilonis, mariti Hiſtdrudae.*

19.) Sigebertus Gemblac. A. 738. et Albericus ad a. 739. *Crodegangus, Metenſium Epiſcopus, Pipini Regis ex Landrada ſorores nepos, clarent in Gallia, qui Gorziam coenobium in Metenſi parochia.* Conf. probatio ſequens.

20.) Paulus Diaconus in fragmento libri de Ep. Metenſis eccleſiae in du Cheſne T. II. p. 204: *Iam hinc vir egregius — Chrodegangus Antiſtes eligitur, ex pago Hasbanienſi oriundus patre Sigrammo, matre Landrada, Francorum ex genere primae nobilitatis progenitus. Hic in palatio maioris Karoli ab ipſo enutritus, eiusdemque Referendarius extitit: ac demum Pipini Regis temporibus pontificale decus promeruit — Aedificauit praeterea monaſterium in parochia B. Stephani in pago Moſellenſi in honore B. Petri Apo-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/44
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Apoſtoli - - Conſtruxit etiam alterum monaſterium, quod Gorzia vocitatur ——— Expetiit denique a Paulo Romano Pontifice tria corpora ſanctorum martyrum, id eſt ——— B. Nazarii, quod vltra fl. Rhenum in monaſterio, quod vocatur Lorishaim, aedificata in honorem ipſius martyris — baſilica, collocauit. Hoc ſiquidem praedium Chilliſuindis, quondam religioſe femina, et Cancro eius filius eidem Chrodegango Antiſtiti ad partem B. Stephani tradiderat. - - - - Hic conſecrauit epiſcopos quam plurimos per diuerſas ciuitates. - - Rexit eccleſiam Metenſem annis viginti tribus, menſibus quinque, diebus quinque. Obiit pridie Nonas Martias in diebus Pippini regis. Requieſcit in Gorzia monaſterio, quod ipſe ad fundamentis extruxit.

Donatio Domnae Williswinde et filii eius Cancronis in Chronico Laurishamenſi in Freheri T. I. Script. rer. Germ. edit. Struu. pag. 91. et du Cheſne T. III. p. 490. et in Tolneri Cod. dipl. Palat. n. 1. p. 2: *Anno duodecimo regnante Domno noſtro Pippino rege h. e. A. C. 703. ſub die IV. id. Iulii, ego Williſvvinda Deo ſacrata, et filius meus Cancor Comes - - donamus ad - - eccleſiam S. Petri - - quae eſt conſtructa in loco nuncupato Laureſham in pago Rhenenſe - - vbi praeeſt vir venerabilis* Ruodgangus archiepiſcopus et abbas.

Hugo Abbas Flau. in Chronico Virdunenſi ad a. 754. *Chrodegangus a Stephano III. in pontificem Metenſis eccleſiae, adſtante Rege et populo, conſecratus pallium promeruit cum nomine Archi-Epiſcopi, quod etiam quibusdam Metenſis eccleſiae praeſulibus aliquoties conceſſum fuiſſe legitur, pro multimoda vaſtatione Treuirenſis matris eccleſiae.*

Anaſtaſius Biblioth. in vita Papae Stephani III: *Dum in Francia eſſet poſitus, Rodigango ſanctiſſimo viro, Epiſcopo pallium tribuit, et Archi-Epiſcopum ordinauit.*

Annales Franc. Tiliani in du Cheſne T. II. p. 8. *A. 766. quando Pippinus fuit in Waſconia et eodem anno* Frotgangus Epiſcopus *obiit.*

Martyrologium Metenſe ad d. VI. Martii: *Metis depoſitio Grodegangi Archi-Epiſcopi et Confeſſoris.*

21.) Prae-

21.) Praeceptum euindicatorum Magni Karoli in Chronico Laurisham. in T. I. Freher. p. 97. *Karolus gratia Dei Rex Francorum, vir illuſtris. Veniens ad nos Hariſtallio palatio vir venerabilis Gundelandus, abba de monaſterio Laureſham. — Et ipſe Cundelandus praeſens aſtabat et cauſam in omnibus denegabat, dum diceret, quod auia ipſius Heimerici nomine Willisvvinda — germano ſuo Domino Ruodgango Archi-Epiſcopo tradidiſſet.*

Chronicon Laurishamenſe l. c. pag. 96. *Reuerendus Pontifex Rutgangus — cum ipſius monaſterii curam per ſe exequi non poſſet, vtpote et eccleſiaſticis, et regalibus negotiis iugiter occupatus, Gundelandum Germanum ſuum, prudentem admodum, et ſanctae conuerſationis virum, fratrique per omnia ſimilem, eidem loco praefecit.* Et. p. 100. *Gundelandus rexit ipſum locum annos XIII.*

Chronicon Moiſſiacenſe in du Chesne T. III. ad a. 777. *Gundelandus Abba mutauit monaſterium Laurishaim in monte, vbi S. Nazarius requieſcit.* Et ad A. 778. *Et non multo poſt annos Gondolandus Abba obiit.*

22, 23. et 24.) Videatur teſtimonium Thegani in Tabulae V. probat. n. 2.

PROBATIONES
AD TABVLAM III.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) DOtatio Epternacenſis S. Willibrodi monnſterii a Pippino R. Fr. A. 752. in Miraei notitia eccleſ. Belgii cap. 8: *Pipinus illuſter vir, Rex Francorum notificamus, — eſſe locum in regno noſtro Epternaca vocatum, vbi ſanctiſſimus vir Willibrordus — nuper temporibus Pipini Aui noſtri, et Patris noſtri Caroli Martelli, datis ſibi ab eis — praediis — monaſterium conſtruxit — data 3. Nonas Maii anno incarn. Dni. 752. Indict. V. anno vero Domini Pipini regis tertio.*

Alcuinus

Alcuinus in vita S. Willibrodi Traiectenſis Epiſcopi ap. Surium d. 7. Nouembr. p. 133. *Idem quoque vir Deo amabilis quaedam prophetico praedixerat ſpiritu, quae poſt rerum euentus vera probauit. Baptizauit enim Pipinum, filium Francorum fortiſſimi Ducis Caroli, patrem huius nobiliſſimi Caroli, qui modo cum triumphis maximis et omni dignitate glorioſiſſime Francorum regit imperium. De quo Pipino, patre eius, idem ſanctus vir praeſaga voce coram diſcipulis ſuis praedixit hoc vaticinum: Scitote, inquiens, quod iſte infans ſublimis erit valde et glorioſus, et omnium praecedentium Francorum Ducibus maior.*

De portione haereditatis Pippini reſpiciatur teſtimonium Continuatoris Fredegarii ad Tab. II. n. 4. vti etiam ibidem alia teſtimonia de eiusdem Maiordomatu.

Childericus III. Rex in charta ap. Mabillonium lib. V. de re diplomat. p. 385. *Cum reſediſſet inluſter vir Pippinus maiorem domus Attiniaco in palatio publico, ad vniuerſorum cauſas audiendum.* Et Lib. VI. p. 489. ipſe Pippinus in placito de A. 750. *Inluſter Vir, Pippinus, Maior domus, cui Dominus regendi curam committit, cunctorum iurgia, examinatione diligenti, rimari oportet ——Igitur cum nos—vna cum optimatibus---Attiniaco villa, in palatio noſtro an vniuerſorum cauſas audiendas---reſideremus.*

Scriptor anonymus coaeuus clauſulae libro Gregorii Turonenſis de gloria Confeſſorum adiectae in Mabillonii de re diplomat. lib. II. c. 26. §. 5. et lib. V. p. 384. *Si noſſe vis, Lector, quibus hic libellus temporibus videatur eſſe conſcriptus, & ad ſacrorum martyrum pretioſam editus laudem, inuenies anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, temporibus feliciſſimi, atque tranquilliſſimi, et Catholici Pippini, Regis Francorum, et Patricii Romanorum, filii beatae memoriae quondam Caroli Principis: anno feliciſſimi regni eius in Dei nomine ſexto decimo, indictione quinta: et filiorum eius eorundemque Regum Francorum, Caroli et Carlomanni (qui per manus ſanctae recordationis viri, beatiſſimi Domini Stephani Papae vna cum praedicto Patre Domno, viro glorio-*

ſiſſimo, Pippino Rege, ſacro chriſmate, diuina prouidentia et ſanctorum Petri et Pauli interceſſionibus, conſecrati ſunt) anno tertio decimo. Nam ipſe praedictus Domnus florentiſſimus Pippinus, Rex pius, per auctoritatem et imperium ſanctae recordationis, Domni Zachariae Papae, et vnctionem ſancti chriſmatis, per manus beatorum Sacerdotum Galliarum, et electionem omnium Francorum tribus annis antea in regni ſolio ſublimatus eſt. Poſtea per manus eiusdem Stephani Pontificis, die vno in beatorum praedictorum martyrum, Dionyſii, Ruſtici, et Eleutherii eccleſia, (vbi et venerabilis vir Folradus, Archipresbyter et Abbas eſſe cognoſcitur,) in patricium, vna cum praedictis filiis, Carolo et Carolomanno, in nomine ſanctae Trinitatis vnctus et benedictus eſt. In ipſa namque beatorum martyrum eccleſia, vno eodemque die, nobiliſſimam ac deuotiſſimam, et ſanctis martyribus deuotiſſime adhaerentem, Bertradam, iam dicti florentiſſimi Regis coniugem, praedictus venerabilis pontifex regalibus indutam cycladibus gratia ſeptiformis ſpiritus bedixit: ſimulque Francorum Principes benedictione et ſpiritus ſancti gratia confirmauit, et tali omnes interdictis et excommunicationis lege conſtrinxit, vt nunquam de alterius lumbis Regem in aeuo praeſumant eligere, ſed ex ipſorum: quos et diuina Pietas exaltare dignata eſt, et ſanctorum Apoſtolorum interceſſionibus per manus Vicarii ipſorum beatiſſimi pontificis confirmare, et conſecrare diſpoſuit: haec ideo charitati veſtrae breuiter in nouiſſima paginula libelli inſeruimus huius, vt per ſuccedentium temporum et vulgi relatione propago in aeuo valeat cognoſcere poſterorum.

Annales Fuldenſes ad a. 752. *Zacharias Papa, ex auctoritate S. Petri Ap. mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate regia vtebatur regni totius, et nominis quoque dignitate frueretur. Ita Hyldericus Rex, qui vltimus Merovvingorum Francis imperauit, depoſitus et in monaſterium miſſus eſt, Pipinus vero in ciuitate Sueſſionum a S. Bonifacio Archi-Ep. in regem vnctus, regni honore ſublimatus.*

Annum et diem unctionis regiae Pippini ſtabiliunt ſequentes ſub-

TABVLA III.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) PIPPINVS, Nanus, *F. Caroli Martelli ex Rotrude*, ſecundum Tab. II. n. 6. *nat. A.* 714. *Princeps Neuſtraſiae et Prouinciae*, *Maior-domus cum Fratre A* 741, *ſolus A.* 747. *depoſito Childerico III. R. Rex Franciae unctus a Bonifacio Sueſſione d.* 1. *Martii A.* 752. *atque denuo a Stephano Papa A.* 754. *Patricius Rom. eod. anno*, † *d.* 24. *Sept. A.* 768. *ſep. ap. S. Dionyſ.* p. 32.

2.) Bertrada, *ſiue Berta*, *F. Heriberti*, *C. Laudunenſis*, *coronata d.* 1. *Martii A.* 752. † *d.* 12. *Iulii A.* 783. *ſep. iuxta maritum.*

3.) CAROLVS M. *nat. d.* 15. *Apr. A.* 742. *Aquisgrani*, *unctus A.* 754. *Patricius Rom. eod. ao. Rex Auſtraſiae coronat. Nouiomagi d.* 9. *Oct.* 768. *Monarcha Franciae A.* 771. *Rex Italiae A.* 774. *Imp. Rom. d.* 25. *Dec. A.* 800. † *Aquisgr. d.* 28. *Ian. h.* 3. *A.* 814. *ſep. ibid. in aede B. M. V. Canonnizatus A.* 1165. *eleuatus d.* 29. *Dec. A.* 1166. p. 37.

VXORES:

4.) I. Nobiſſima Franca, A. 770. p. 41.
5.) II. Sibylla, *F. Deſiderii*, *R. Longobard. ex anſa ducta A.* 770. *repudiata A.* 771. p. 42.
6.) III. Hildegardis, *F. Imae*, *Sueua*, *ducta A.* 771. † *d.* 30. *Apr. A.* 783. *ſep. Metis ap. S. Arnulf.* p. 42.
7.) IV. Faſtrada, *Franca*, *F. Rudolfi C. ducta Wormatiae A.* 783. † *Francof*, *A.* 793. *ſep. Moguntiaci ap. S. Albanum*, p. 43.
8.) V. Luitgardis, *Alamanna*. † *d.* 4. *Iunii A.* 800. *ſep. Turonis.* p. 44.

CONCVBINAE:

9.) I. Himiltrudis, *ante* A. 771. p. 44. 10.) II. Mathalgardis, *poſt* A. 800. 11.) III. Gerſuinda, *Saxonica*, p. 44. 12.) IV. Regina. p. 44. 13.) V. Adeluida. p. 44. 14.) VI. Anonyma. p. 44.

15.) CAROLOMANNVS, *unctus in Regem A.* 754. *Patricius Rom. eod. anno. Rex Neuſtriae coronat. Sueſſione A* 768. † *d.* 4. *Dec. A.* 771. *ſep. Remis ap. S. Remigium.* p. 44.

16.) *Vxor.* Gilberga. *A.* 771. *et* 73. p. 45.

17.) Filii paruuli. p. 45.

18.) Pippinus, *n.* A. 759. † A. 762.

19.) Rothaith, 20.) Adeleidis, *ſepultae Metis in baſilica S. Arnulfi.*

21.) Giſela, *Monialis Calenſis* A. 753.... 804. *petita in thalamum* I. Leonis IV. *Imp. Byzant.* II. Adalgiſi, *F. Deſiderii R. Longobard.* A. 770. pag. 46.

LIBERI LEGITIMI CAROLI M. IMP.

III. 22.) Carolus, *Rex Francorum deſtinatus.* † 4 *Dec.* A. 811. p. 46.

III. 23.) Pippinus. *vid.* TAB. IV.

III. 24.) Ludouicus. Pius. *vid.* TAB. V.

III. 25.) Lotharius, *n.* A. 778. † A. 780. p. 47.

III. 26.) Rotrutis, *deſponſata Conſtantin. VI. Imp. Byzant.* A. 781. † *d.* 6. *Iunii* A. 810. p. 47.

27.) Ludouicus, *Abbas S. Dionyſii*, † 9. *Ian.* A. 867. p. 48.

28.) Guazlenus. A. 858. p. 48.

III 29.) Berta. p. 48.

MARITVS:

30.) Angilbertus, *Primicerius Palatii*, *poſtea Abbas Centulenſis* A. 792. † *d.* 18. *Febr.* A. 814. *ſep. ibid.* p. 49.

31.) Nithardus, *Abbas Centulenſis*, † A. 853. p. 50.

32.) Harnidus. p. 50.

III. 33.) Giſla, *baptizata Mediolani* A. 781. p. 50.

III. 34.) Adelhaid, *n. et* † A. 774. *ſep. Metis in aede S. Arnulfi.* p. 50.

III. 35.) Hildigard, *Infans* † *d.* 9. *Iunii* A. 783.) *ſep. Metis.* p. 51.

IV. 36.) Thedrada. p. 51.

IV. 37.) Hiltrud. p. 51.

AMASIVS:

Odilo. p. 52.

LIBERI NOTHI CAROLI M. IMP.

I. 38.) Pippinus, Gibboſus. *ob coniurationem in monaſt. Prumienſe detruſus* A. 792. *idemque* † A. 811. p. 52.

III. 39.) Rothaldis. p. 44.

III. 40.) Adaldrudis. p. 44.

IV. 41.) Drogo, *tonſus* A. 819.) *Epiſc. Metenſis d.* 12. *Iun.* A. 823. *Sacri Palatii Archi-Cap.* A. 839. *Vicarius Apoſt. in Galliis* A. 844. † *d.* 8. *Dec.* A. 857. p. 53.

IV. 42.) Hugo, *Abbas S. Quintini* A. 835. *Archi Notarius Ludou. Pii*, † A. 844. p. 54.

V. 43.) Thedetichus. *tonſus* A. 819. p. 55.

VI. 44.) Rothais. p. 55.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/49
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

ſubſcriptiones chartarum veterum de A. 761. In fine chartae precariae in Goldaſti Rer. Alamann. T. II. P. I. n. 67. p. 65. *Facta precaria ſub die Lunis, V. Id. Maias*, (die XI. Mai.) *anno X. regnante Domino noſtro Pippino Rege Francorum.* Et ibidem T. III. p. 57. in Vadiani Lib. III. de monaſter. Germ. In exemplo cambete ſcripto de An. 757. *Ego Arnulphus rogitus anno ſexto Pipini Regis die Mercuris XII. cal. Ian.* (d. 21. Decembr.) *ſcripſi et ſubſcripſi.*

Annales Metenſes ad a. 754. *Stephanus II. Papa ordinauit ſecundum morem maiorum vnctione ſacra Pippinum piiſſimum Principem Francis in Regem et Patricium Romanorum; et filios eius duos felici ſuceſſione Karolum et Karlomannum eodem coronauit honore.*

Stephanus II. Papa in epiſtola ap. Baronium ad a. 755. n. 2. *Dominis excellentiſſimis filiis, Pipino Regi, et noſtro ſpirituali compatri, ſeu Carolo et Carolomanno Regibus, et vtrisque Patriciis Romanorum Stephanus Papa.*

Annales Fuldenſes ad a. 768. *Pipinus interfecto Waiphario et omni Aquitania ſubacta rediens ap. Pariſios VIII. Kalendas Octobris* (d. 24. Sept.) *diem obiit anno aetatis LIV. filiique eius Carlus et Carlmannus infulas regni ſuſcipiunt.*

Autor poſterioris appendicis ad Fredegarii continuationem ad h. a. *Dum Sanctonis Pipinus Rex veniſſet, et cauſas pro ſalute patriae — tractaret, quadam febre vexatus aegrotare coepit — Inde per Pectauos vsque ad Toronis vrbem ad monaſterium B. Martini Confeſſoris acceſſit — inde promouens ſe cum — Regina Bertradane, et filiis ſuis Carolo et Carolomanno vsque ad Pariſios ad monaſterium B. Dionyſii Martyris veniens, — cernensque, quod vitae periculum euadere non potuiſſet, omnes proceres ſuos, Duces, et Comites Francorum, tam Epiſcopos, quam ſacerdotes, ad ſe venire praecepit, ibique vna cum conſenſu Francorum et Procerum ſuorum — quod ipſe tenuerat, aequali ſorte inter praedictos filios ſuos Carolum et Carolomannum, dum adhuc ipſe viueret, inter eos diuiſit. Id eſt: Auſtraſiorum regnum Carolo ſeniori filio Regem inſtituit: Carolomanno vero iuniori filio regnum Bungundia, Prouincia, Gothia, Alezaſis,*

ſis, et Alamannia tradidit; Aquitaniam, quam ipſe Rex acquiſiuerat, inter eos diuiſit: His geſtis Rex Pippinus poſt paucos dies, —vltimum diem et vitam ſimul caruit. Sepelierunt eum praedicti Reges Carlus et Carlomannus, filii ipſius Regis, in monaſterio S. Dionyſii Martyris, vt ipſe voluit, cum magno honore: regnauitque annis viginti quinque.

2.) Annales Bertiniani ad a. 749. *Pippinus coniugem duxit Bertradam, cognomine Bertam, Cariberti, Laudinenſis Comitis, filiam.*

Dotatio Prumienſis Pipini R. in Lunigii Spicilegii Eccleſ. P. III. p. 178. *Pippinus, Rex Francorum, vir inluſtris —— donamus pariter ego et coniux mea Bertrada—res proprietatis noſtrae in pago Chorosuilla—tam illam portionem, quae de genitore meo Carolo mihi aduenit, quam et illam portionem ipſius Bertradae, quam genitor ſuus Heribertus ei in dote dereliquit. —— Ego Pippinus et coniux mea Bertrada. Sig. Caroli filii conſentientis. Sig. Carolimanni filii ſui conſentientis — Acta menſe Auguſti die XIII. anno XI. regnante Pippino glorioſo rege.*

Continuator Fredegarii in appendice II. ad a. 752. *Praecelſus Pippinus electione totius Franciae in ſedem regni cum conſecratione Epiſcoporum et ſubiectione Principum, vna cum Regina Bertradane, vt antiquitus ordo depoſcit, ſublimatur in regno.*

Eginhartus de vita Caroli M. c. 18: *Mater quoque eius Berthrada in magno apud eum honore conſenuit. Colebat enim eam cum ſumma reuerentia, ita vt nulla vnquam inuicem exorta ſit diſcordia, praeter in diuortio filiae Deſiderii Regis, quam illa ſuadente vxorem acceperat: Deceſſit tandem poſt mortem Hildegardis, cum iam tres nepotes, totidemque neptes in filii domo vidiſſet, quam ille in eadem Baſilica, qua Pater ſitus eſt, apud S. Dionyſium cum magno fecit honore humari.*

Annales Metenſes ad A. 783. *Eodem anno obiit Berta Regina IV. Idus Iulii, et ſepulta eſt in Cauciaco. Sed inde translata Pariſius,*

ſius, et ſepulta eſt iuxta Virum ſuum in eccleſia S. Dionyſii Martyris. Conſentiunt Annales Francorum Fuldenſes et Reuberiani ad h. a.

3.) Lambertus Schaffnab. ad A. 742. *Carolus Magnus natus eſt.*

Wolfherrus in vita S. Godehardi Ed. Hildeſienſis c. 1. *Septingenteſimo quadrageſimo primo incarnationis Domini anno, quo Carolus primus Filius Pipini, F. Anchiſi, F. Arnolphi, ex hac vita demigrans, filiis ſuis Carolomanno et Pipino regnum reliquit, quo etiam ſequenti anno iſte Pipinus Carolum Magnum genuit.*

Kalendarium veterrimum Seculi IX. quondam Laurishamenſe nunc collegii Societatis Ieſu Pariſ. Ludouici M. in Mabillonii ſupplem. de re diplom. c. IX. §. 1. p. 38. *IV. nonas Aprilis natiuitas Domni et glorioſiſſimi Karli Imperatoris et ſemper Auguſti.*

Monachus S. Galli de vita Caroli M. c. 30. *Cum ſtrenuiſſimus Imp. Karolus aliquam requiem habere potuiſſet, non otio torpere, ſed diuinis ſeruitiis voluit inſudare, adeo vt in genitali ſolo baſilicam, antiquis Romanorum operibus praeſtantiorem, fabricari iuſſerit.* Eginhartus de vita Caroli M. c. 17. *Qui cum tantus in ampliando regno -- - exiſteret, opera tamen plurima ad regni decorem --- diuerſis in locis inchoauit, quaedam etiam conſummauit. Inter quae praecipua non immerito videri poſſunt Baſilica S. Dei genitricis, Aquis grani opere mirabili conſtructa.*

Carolus M. in confirmatione S. Dionyſiana in Mabillonii de re dipl. Lib. VI. n. 56. p. 502. *Carolus D. Gr. Rex Francorum et Langobardorum ac Patricius Romanorum. Notum eſſe -- credimus --- qualiter tempore genitoris noſtri b. m. Pippini, quondam Regis --- res aliquae --- data pridie Kal. Sept. anno XXII. regnum Domni noſtri Caroli excell. Regis (A. 790.)*

Albericus ad A. 753. ex Elimando: *Pontifex venit ad monaſterium S. Mauritii. Pipinus properauit ei occurrere cum vxore et filiis, praemittens filium ſuum Karolum, qui poſtea dictus eſt Magnus, qui iam erat duodecim annorum:* et ad A. 754. ex Sigeberto: *Pipinus a Stephano Papa cum filiis ſuis Karolomanno et Karolo*

in regem vngitur, et per eos eorum generatio in haereditatem regalis ſucceſſionis in perpetuum benedicitur, et omnis alienigena ab eius inuaſione Apoſtolico anathemate interdicitur. Conf. clauſula in libro Gregorii Tur. de gloria confeſſ. in probat. n. 1. p. 34.

Annales Metenſes ad a. 773. *Cum hiemaret Rex Karolus in villa, quae dicitur, Theodonis, ibi venit ad eum Miſſus Domni Adriani Papae nomine Petrus, obnixe poſtulans, vt ad defendendam eccleſiam Romanam feſtinaret, et vt populum, quod ipſe legitimus tutor et defenſor eſſet ipſius eccleſiae, quoniam illum praedeceſſor ſuus beatae memoriae Stephanus Papa vnctione ſacra liniens in Regem ac Patricium Romanorum ordinauit.* Reiicitur a quibusdam patriciatus Romani honor in Carolum M. collatus in A. 774. ſed iisdem non ſolum repugnat teſtimonium Annaliſtae Metenſis, verum etiam prolixa narratio Anaſtaſii in vita Adriani Papae p. 154. ex qua cognoſcimus Carolum Romae A. 774. a Papa exceptum eſſe vt Patricium Romanorum, minime vero hanc dignitatem tunc eidem fuiſſe delatam. Salutatur quoque Carolus Patricius Romanorum in epiſtolis Pontificum ſcriptis ante hunc annum, vti patet ex codice epiſtolarum Carolino. Hoc quidem non abnuo ab A. 774. vsque ad A. 800. demum Caroli M. diplomata Patricii Romanorum titulum in inſcriptione praeſe ferre, quod exempla multa comprobant ap. Goldaſtum, Schatenum, Mabillonium, adſtipulor vero Pagio, qui omnes ſubſcriptiones addititias pronunciat, quae annos patriciatus Caroli M. numerant; vid. Eius Critica Baron. T. III. p. 341.

Chronicon S. Galli in Baluzii Miſc. T. I. ad. a. 768. *Hoc anno — domnus Rex Pipinus tranſiit VIII. Idus Octobris in nocte, die Sabbato, et in ſequente die VI. Idus Octobris, ſic Domni Reges Carolus et Carolomannus ben edictionem regalem acceperunt: Domnus Rex Carolus in Nouiomaco ciuitate et Carolomannus in Ciuitate in ſede patris ſui.* Erratum in die mortis Pippini corrigendum ex Annalium Fuldenſium claris verbis ad a. 768. in probat. n. 1. p. 35. allatis. Mendum vero in die vnctionis Caroli manifeſtum eſt tam ex verbis ipſis antecedentibus, quam ex ſuffragio Hincmari ſcribentis in ep. ad Ludouicum

cum Balbum T. II. Opp. p. 180. *Mortuo Pipino, Carolomannus ad Sueſſiones et Carolus ad Nouionum venerunt, et XV. die poſt Pipini obitum, conſilio et auxilio regni primorum, in Reges leuati ſunt.*

Eginhardus de vita Caroli M. c. 3. *Franci-facto ſolenniter generali conuentu, ambos ſibi reges conſtituunt, ea conditione praemiſſa, vt totum regni corpus ex aequo partirentur, et Carolus eam partem, quam Pater eorum tenuerat, Carolomannus vero eam, cui patruus eorum Carolomannus praeerat, regendi gratia ſuſciperet. Suſceptae ſunt vtrinque conditiones, et pars regni diuiſi, iuxta modum ſibi propoſitum, ab vtroque recepta eſt.* Conferantur verba appendicis poſterioris ad Fredegar. in fine probat. n. 1. p. 35.

Annales Metenſes ad a. 771. *Carolomannus Rex defunctus eſt in villa Salmuntiaco II. Non. Decembris ſepultusque eſt iuxta vrbem Remorum in baſilica B. Remigii. Qui — Carolus Carbonacum villam venit, et ibi venerunt ad eum Folcarius et Folradus Capellani cum aliis epiſcopis et ſacerdotibus; Wirinus et Adelhardus Comites, cum aliis primatibus, qui fuerant Carolomanni, et vnxerunt Dominum Carolum ſuper ſe in Regem, et obtinuit feliciter monarchiam regni Francorum.*

Annales Fuldenſes A. 774. *Longobardi obſidione pertaeſi pariter cum Rege Deſiderio egrediuntur ad Regem Carolum. Ille vero altera die hymnis et laudibus vrbem ingrediens theſauros regum repertos exercitui diſtribuit, et cunctum Italiae regnum adeptus, in Franciam regreditur, ducens ſecum Deſiderium cum coniuge eius.* Sententiam Sigonii *lib. IV. de R. I. p.* 89. Ripamontii *Dec. I. lib. IX. hiſt. Mediol. p.* 573. et Fontanini *in diſſ. de corona Ferrea c.* 3. de Carolo M. Modooetiae ab Archi-Ep. Mediolanenſi corona ferrea ſiue Longobardica redimito deſtitutam quippe omni veterum autorum ſuffragio, merito explodunt Cointe *in annal. eccleſ. Franc. T. VI. ad a.* 774. §. 30 Muratorius *de corana ferrea c.* 5. et conſultiſſ. Maſcouius *in exercit. de regali imperialique coronatione Augg. Germ c. III.* §. 4.

Poeta Saxo de geſtis Caroli M. Imp. Lib. IV. in initio:

Feſta

Feſta dies coelis, eadem celeberrima terris,
Virginei partus Chriſti qui refulſerat ortus
Poſt octingentos ex quo proceſſerat annos,
Tectus ſervili Dominus velamine formae
Et iam natalis tanti cumulauerat omnem
Laetitiam Romae Caroli praeſentia Regis.
Hic, cum Miſſarum ſacro ſolennia ritu
Incipienda forent — — —
— et ante ſacros artus mente fideli
Effuſus precibus, ſeſe Rex inde leuaret
Ipſius impoſuit capiti Leo Papa coronam
Conclamat pariter populus, ſacra perſonat aedes
— — -- — — --
Auguſto Carolo Magno, pacemque ferenti
Imperii merito Romani ſceptra tenenti,
Gloria, proſperitas, regnum, pax, vita, triumphus.

Eginhartus de vita Caroli M. c. 30: *Carolus circa Kal. Novembr. Aquas grani reuertitur. Cumque ibi hiemaret, menſe Ianuario febri valida correptus decubuit, — Sed accedente ad febrem lateris dolore, quem Graeci pleureſim vocant — ſeptimo poſtquam decubuit die — deceſſit, anno aetatis ſuae LXXII. et ex quo regnare coeperat XLVII. V. Kal. Febr. hora diei tertia.* Et c. 31. *Dubitatum eſt primo vbi reponi deberet, eo quod ipſe viuus de hoc nihil praecepiſſet. Tandem omnium animis ſedit, nusquam eum honeſtius tumulari poſſe, quam in ea baſilica, quam ipſe — ob honorem ſanctae et aeternae Virginis genitricis — proprio ſumtu in eodem vico conſtruxit. In hac ſepultus eſt eadem, qua defunctus, die, arcusque ſuper tumulum deauratus cum imagine ex titulo exſtructus, et titulus hoc modo ſcriptus eſt:* SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS CAROLI M. ATQVE ORTHODOXI IMPERATORIS QVI REGNVM FRANCORVM NOBILITER AMPLIAVIT ET PER ANNOS XLVII FELICITER RE-

XIT;

XIT; DECESSIT SEPTVAGENARIVS ANNO DOMINI DCCCXIX INDICT. VII. V. KAL. FEBRVARII.

Godefridus Colonienſis ad a. 1166. *Imperator Fridericus natalem Domini Aquisgrani celebrat. Ibi IV. Calend. Ianuar. cum frequentia Pontificum ac Principum, magnoque cum tripudio cleri ac populi, extulit de ſacrophago oſſa Caroli M. Imperatoris, vbi ſepultus quieuerat annis CCCLII.*

Fridericus I. Imp. in diplomate de eleuatione et Canonizatione Caroli M. ex confirmatione priuileg. ei. vrbi et eccleſiae Aquisgr. conceſſ. in Petri a Beck *Aquisgran. Lib. III. n.* 1. Miraei *Faſt. Belgic. ad d.* 28. *Ian.* .*p.* 51. et in Actis SS. Antwp. *ad eund. diem p.* 888. *Aſſenſu et autoritate Domini Paſchalis, et ex conſilio vniuerſorum Principum, tam ſecularium quam eccleſiaſticorum, pro eleuatione et exaltatione ſanctiſſimi corporis eius atque canonizatione, ſolemnem curiam in natale Domini celebrauimus, et illud in hymnis et Canticis ſpiritualibus eleuauimus et exaltauimus IV. Kalendas Ianuarii — Datum Aquigrani anno Dom. incarnat. MCLXVI. indict. XIV. ſexto Idus Ian. regnante Domino Friderico Rom. Imp. anno regni eius XIV. imperii vero XI.* Ex his corrigenda, quae de eodem actu ſacro et ſolenni annotauit Monachus Nuſſienſis *in magno Chron. Belg. ad a.* 814. *p.* 45. *et* 1166. *p.* 191.

4.) Stephanus IV. Papa in epiſtola ap. Baron. ad a. 770. num. 9. --- 16. *Dominis, excellentiſſimis filiis, Caroli et Carolomanno, Regibus Francorum et Patriciis Romanorum, Stephanus Papa--- --- noſtrae perlatum eſt notioni --- quod Deſiderius, Longobardum rex, veſtram perſuadere dignoſcitur excellentiam, ſuam filiam vni ex veſtra fraternitate in coniugio copulari — Etenim — iam --- coniugio legitimo ex praeceptione genitoris veſtri copulati eſtis. accipientes ſicut praeclari --- Reges de eadem veſtra patria, ſcilicet ex ipſa nobiliſſima Francorum gente, pulcherrimas coniuges, et earum vos oportet amori eſſe annexos, et certe vobis non licet, eis dimiſſis, alias ducere vxores, vel extraneae nationis conſanguinitate immiſceri --- --. Impium --- eſt --- alias accipere vxores, ſuper*

F eas,

eas, quas primitus certum eſt vos accepiſſe. Ex his verbis manifeſtum eſt primum matrimonium Caroli M. cum nobiliſſima Franca quadam.

5.) Albericus ad a. 776. ex geſtis Caroli iuxta Alcwinum: *Cum matris hortatu filiam Deſiderii, regis Longobardorum, nomine Sibillam Carolus duxit vxorem incertum eſt, qua de cauſa poſt annum repudiauit; ſuper repudiatione praedicta reginae, quae dicta eſt Sibilia, a Cantoribus Gallicis pulcherrima contexta eſt fabula.*

Hermannus Contract. Caniſianus ad a. 770. *Carolus filiam Deſiderii, Regis Longobardorum, adducente Berta matre ſua, vxorem duxit, ſed ſtatim eam repudiauit.*

S. Gerardus in vita S. Adalhardi c. 6. *Imperator Deſiderii, Regis Italorum, filię legitimo connubio nupſit: ſed poſtea odio patris iniuria prorſus repudiauit.*

Notkerus Balbulus, monachus S. Galli, de geſtis Caroli M. Lib. II. c. 26. *Filia Deſiderii, quia eſſet clinica, et ad propagandam prolem inhabilis, ipſa iudicio ſanctiſſimorum ſacerdotum fuit relicta velut mortua.*

6.) Eginhartus de vita Caroli M. c 18. *Dein, cum matris hortatu filiam Deſiderii, Regis Longobardorum, duxiſſet vxorem, incertum qua de cauſa, poſt annum repudiauit, et Hildegardim, de gente Sueuorum praecipuae nobilitatis foeminam, in matrimonium accepit.*

Theganus de geſtis Ludouici c. 2. *Cum in iuuentute erat ſupradictus imperator, ſibi iunxit nobiliſſimi generis Sueuorum puellam, nomine Hiltegardam quae erat de cognatione Gothefriedi, Ducis Alamanorum. Gothefridus Dux genuit Huochingum, Huochingus genuit Nebi, Nebi autem genuit Immam, Imma vero peperit Hilthegardam, beatiſſ. reginam.*

Annaliſta Metenſis ad a. 783. *Obiit beatae memoriae Hildegardis Regina II. Kal. Maii, quod euenit tunc in vigilia Aſcenſionis Domini, et ſepulta eſt iuxta vrbem Metenſem in baſilica Apoſtolorum et B. Arnulfi.*

Carolus

Carolus M. in diplomate pro conenobio Metenſi S. Arnulf. in Mabillonii lib. II. de rer. dipl. c. 26. §. 1. *Data Kal. Maias anno XV. et IX. regni noſtri, ab incarnatione autem Domini noſtri I. anno ſeptingenteſimo octogeſimo tertio, in die Aſcenſionis Dominicae, in cuius vigiliis ipſa dulciſſima coniux noſtra obiit, in anno XII. coniunctionis noſtrae. Actum in Theodone villa palatio noſtro in Domino feliciter. Indict. VI.*

Paulus Diaconus in epitaphio Hildegardis R. ex ruinis monaſterii S. Arnulfi Metis conſeruati a Baronio ad a. 786. n. 7.

Hic Regina iacet Regi praecelſa potenti
Hildogard Karolo, quae bene nupta fuit.

— — — — —

Alter ab undecimo rurſum de ſuſtulit annus.

7.) Poeta Saxo in annalibus Caroli M. ad A. 783.

— — — *Tunc eſt ſociata*
Regali thalamo coniux Faſtrata vocata,
Filia Rudolfi Comitis, ſata germine claro.

Monachus Egolimenſis in vita Karoli M. ap. Pithoenum p. 247. *Cumque Rex Carolus Warmatiam perueniſſet, ſociauit ſibi in matrimonium Domnam Faſtradam Reginam.*

Carolus M. in epiſtola de victoria Auarica A. 791. ad Faſtradam reginam in Sirmondi T. II. Concil. Galliae et in du Chesne T. II. p. 187. *Karolus gratia Dei Rex Francorum, et Longobardum ac Patricius Romanorum, dilectae nobis et valde amabili coniugi noſtrae, Faſtradae reginae, ſalutem.*

Eginhardus in annal. ad a. 793. *Mortua eſt ibi* (Francofurti) *et Faſtrada Regina et Moguntiaci ap. S. Albanum ſepulta.*

De Sepultura et epitaphio Faſtradae vid. celeberrimus commentator ſcriptorum Moguntinorum, Ioannis, in notis ad Serrar. c. 31. §. 2. p. 73. et Helwichii Chron. Santaibanenſ. Lib. I. Sect. 1. cap. 13. §. 2. p. 730.

8.) Eginhartus de vita Caroli M. cap. 18. *Defuncta Faſtrada Luidgardim, Alamannam, duxit de qua nihil liberorum tulit.*

Annaliſta Loſelianus ad a. 800. *Carolus - - Turonis ad S. Martinum Orationis cauſa peruenit, moratus ibi dies aliquot propter aduerſam Domnae Liudgardae coniugis valetudinem, quae ibidem defuncta et humata eſt. Obiit autem die pridie Non. Iun.*

9.) Paulus Warnefridus in chronico Ep. Metenſium ap. Freher. T. I. Rer. Franc. p. 186. *Habuit ante legale connubium ex Himiltrude, nobili puella, filium, nomine Pippinum.*

10--13.) Eginhartus de vita Caroli M. c. 18. *Poſt Luidgardis mortem quatuor habuit concubinas, Mathalgardim ſcilicet, quae peperit et filiam nomine Rothildim, Gerſuindam. Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adaldrudis nata eſt; et Reginam, quae ei Drogonem et Hugonem genuit; et Adelluidam, ex qua Thedericum procreauit.*

Albericus ad A. 988: *Matrem Regis Odonis, et Ducis Roberti, vxorem videlicet Roberti Fortis Marchionis, credimus fuiſſe illam, quae dicta eſt nomine Regina, quae cum eſſet iuuencula, fuit concubina Caroli M. iam Senioris, cui peperit Epiſcopum Drogonem Metenſium, et Abbatem Hugonem, et hanc opinionem habemus ex collectaneo S. Benigni, vbi dicatur, quod Rex Odo et Robertus fratres fuerunt Abbatis Hugonis.*

14. Eginhartus l. c. *Habuit et alias filias tres. -- Rothaidem -- tertiam de concubina, cuius nomen modo memoriae non ſuccurrit.*

15.) Conferantur teſtimonia de eius coronatione, patriciatu Romano, ſucceſſione paterna, et morte in probationibus ad n. 3. p. 38. et 39.

Praeceptum Dionyſianum Carolomanni Regis ap. Mabillonium Lib. VI. de re dipl. n. 48. p. 496. *Carolomannus, Rex Francorum, vir inluſter --- --- Igitur cognoſcat vtilitas ſeu magnitudo veſtra, quia vir venerabilis Fulradus Abba - - miſſa petitione nobis ſuggeſſerunt; eo quod bonae memoriae domnus et genitor Pippinus, quondam*

dam Rex -- --- Data in menſe Ianuario anno primo regni noſtri (qui fuit A. 769.) *Actum Salmunciago Palacio publico.*

Annales Laurishamenſes ad a. 770. *Bertrada, mater Regum, cum Karolomanno, minore filio, ap. Saluſiam locuta, pacis cauſa in Italiam proficiſcitur.*

16, 17.) Annales Metenſes ad a. 771. *Gilberga, vxor Carlomanni, cum duobus paruulis, et paucis Principibus de parte viri ſui, Italiam petiit, et ad Deſiderium, Regem Longobardorum, peruenit.*

Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Adriani I. pag. 100. *In ipſis diebus contigit, vxorem et filios quondam Carolomanni, Regis Francorum, ad eundem Regem Longobardorum fugam arripuiſſe cum Autcharto ---- Deſiderius ipſum ſanctiſſimum praeſulem --- ſeducere conabatur, vt ipſos antefatos Carolomanni Filios Reges vngeret, cupiens diuiſionem in regno Francorum immittere.* p. 106. *Dum Carolus illuc, Veronam coniunxiſſet, protinus Autcharius, et vxor atque filii ſaepius nominati Carolomanni, propria voluntate eidem benigniſſimo Carolo Regi ſe tradiderunt.*

18.) Annaliſta Metenſis ad a. 759. *Natus eſt Pippino filius, cui nomen ſuum impoſuit, qui vixit duos annos, et in tertio defunctus eſt.*

19. et 20.) Paulus Diaconus in libro de Epiſcopis Metenſis Eccleſiae in du Chesne T. II. p. 202. *Apud vrbem Metenſem in B. Arnulfi oratorio --- humatae ſunt duae Regis Pippini filiae, quarum vna Rothaid, altera Adelaid, appellata eſt.*

Epitaphium Rothaïdis filiae Pipinis Regis:

Hic ego, quae iaceo, Rataith, nomine dicor,
Quae genus excelſo nimium de germine duco
Nam mihi Germanus gentes qui ſubdidit armis
Auſonias, fretus Karolus virtute Tonantis,
Pipinus pater eſt, Carlo de Principe cretus.
— — -- — — --

Item Epitaphium alterius filiae Adheleitis:

— — — — —

Pipini hic proles Adheleid pia virgo quieſcit.

21.) Ghiſela in charta, qua monaſterio Dionyſiano multa confert praedia in Mabillonii de Re dipl. Lib. VI. n. 57. p. 503. —*Sacrata Chriſtique ſemper deuota Ghyſela, nobiliſſima Regis filia Pippini, et Betradenae reginae olim — donamus — data id. Iun. anno XXXI. et XXXVI. regnum Domini noſtri.*

Chronicon coenobii S. Benigni Diuionenſis ad a. 753: *Benedictus eſt Pippinus Rex a St. Stephano Papa Pariſiis, et filii eius, Karolus et Karolomannus, et filia Giſila.*

Stephanus Papa IV. in ep. ad Carolum. et Carolom. R. R. in Baronii annal. ad a. 770. n. 12. *Canſtantinus Imp. nitebatur perſuadere ſanctae memoriae mitiſſimum veſtrum genitorem ad accipiendam coniugio filii germanam veſtram, nobiliſſimam Ghyſilam: et n.* 14. *Nec iterum veſtra nobiliſſima germana, Deo amabilis Ghyſela, tribuatur filio ſaepe fati Deſiderii.*

Eginhartus de vita Caroli M. c. 18. *Erat ei vnica ſoror, nomine Gisla, a puellaribus annis religioſae conuerſationi mancipata, quam ſimiliter, vt matrem, magna coluit pietate, quae etiam paucis ante obitum illius annis, in eo, quo conuerſata eſt, monaſterio, deceſſit.*

Annaliſta Metenſis ad a. 804. *Carolus — ad colloquium germanae ſuae Gislae, quae in his diebus aegrotabat, ad Calam monaſterium peruenit.*

22.) Eginhartus de vita Caroli M. c. 18. *De Hildegardi tres filios, Carolum videlicet, Pipinum et Ludouicum, genuit.* c. 19. *Ex his omnibus duos tantum filios, et vnam filiam, priusquam moreretur, amiſit, Carolum, qui natu maior erat, et Pipinum, quem Regem Italiae praefecerat.* Et in annalibus ad A. 811. *Carolus filius Domini Imperatoris, qui maior natu erat, pridie Nonas Decemb. diem obiit.*

Poeta Saxo Lib. IV. annal. de geſtis Caroli M. Imp. ad a. 806:

--- *At*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/62 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

- - — At Carolo reliquos donans Alamannos
Saxones ac Freſones, ſubiecit eidem,
Cui ſimul ex magna fertur data Gallia parte,
Oceani donec vaſtis concluditur vndis
Hunc in Francorum ſibimet ſuccedere regnum
Diſpoſuit, ſi non aliter Domino placuiſſet.

et ad a. 811.

Auguſto vis iudicii veneranda ſuperni
Omnem praeteriti luctum geminauerat anni,
Ipſius aſſumens alium de corpore natum,
— — — — — —
Hic patris aequiuocus fuerat, nec nomine ſolo,
indole ſed mentis clara probitateque morum
Omnimodaque patrem virtutum dote referet,
Si rectore frui meruiſſet Francia tali.

25.) Paulus Diaconus in libro de Ep. Metenſis eccleſiae l. c. p. 202: *Karolus ex Hildegard coniuge quatuor filios et quinque filias procreauit. — Natorum ſane eius, quos ei Hildegard perperit, iſta ſunt nomiua. Primus dictus eſt Karolus — Secundus item Pippinus. — Tertius Ludouicus, qui cum Hlothario, qui biennis occubuit, vno partu eſt genitus. Ex quibus iam - - minor Pippinus regnum Italiae, Ludovvicus Aquitaniae tenet.*

Conf. teſtimonia de natiuitate Ludouici Pii Imp. in Tab. V. probat. num. 1.

26.) Fragmentum Annal. in Cod. Petauii Chronico Nibelungi ſubiect. in du Chesne T. II. p. 22: A. 741. *Perrexit Carolus Rex Romam — et ibi deſponſata eſt Rottrud, filia Regis, Conſtantino Imperatori.*

Paulus Diaconus *in hiſt. miſcell. Lib. XXIII. in T. I. Script. Italic. Muratorii* p. 165. *Anno ſecundo Conſtantini et Eirene* (*A. C.* 781.) *direxit Eirena Conſtantem ſacellanum et Mamalum primicerium ad Carolum Fr. R. quo filiam ſuam nuptum traderet Imperatori*

Con-

Conſtantino filio ſuo, et facto placito, ac iureiurando inter vtrosque reliquerunt Heliſaeum, eunuchum atque notarium, ad docendum illam Graecorum literas ſimul et linguam, ſed et vt erudiret eam ſecundum mores Rom. Imperii. Et p. 167. *Anno nono (A. C. 789.) imperii ſui Eirene Imperatrix, pace ſoluta cum Francis, cauſſa nuptialis contractus direxit Theophanem — et adduxit puellam ex Armeniacis — et iunxit eam Conſtantino filio ſuo, cum ipſe multum triſtaretur, et nollet propter affectum, quo erga filiam Caroli R. Franc. flagrabat.*

Annales Loiſeliani ad A. 810. *Hrudtrud filia Imperatoris, quae natu maior erat VIII. Idus Iun. diem obiit.*

27.) Annales Bertiniani: Anno Dni 867. *Hludovvicus, Abbas monaſterii S. Dionyſii, et nepos Caroli Imp. ex filia maiore natu Rotrude, V. Idus Ianuarii obiit.*

28.) Annales Bertiniani ad A. 858. *Pars altera eorundem Pyratarum* (Normannorum) *Ludoicum, Abbatem monaſterii S. Dionyſii, cum fratre ipſius Guazleno capiunt, eisque redemtionis ſuae grauiſſimam multam imponunt.*

29.) Charta Bertae de villa Bernogillo in Mabillonii Lib. VI. de re dipl. n. 67. p. 514. *Venerabili patri Hilduino, manaſterii S. Medardi Abbati, vel ſacri palacii Archicapellano, Berta, magni et inuictiſſimi Imperatoris Caroli filia — Actum Compendio Palatio anno X. Domni noſtri Ludouici ſereniſſ. Auguſti Imp. ſub die XIV. Ianuarii.*

Eginhartus de vita Caroli M. c. 18. *Hildegardis filias Rotdrudim, Bertham, et Gislam genuit.*

Alcuinus in poemate de Carolo M. eiusque liberis in du Chesne T. II. p. 190.

Inde puellarum ſequitur mox ordo coruſcus
Rhodrud ante alias, rapidoque inuecta puellas
Fulget equo, et placidum prior occupat ordine greſſum.
— — — — — —
Virgineos interque choros, turbamque ſequentem

Proxi-

Proxima Berta inter multis ſociata puellis,
Voce, virili animo, habitu, vultuque coruſco
Os, mores, oculos, imitantia pectora patris
Fert. — — — —

30.) Alcuinus ep. XII: *Fideli amico et venerabili Angelberto, Primicerio, humilis Levita Albinus ſalutem.*

Anſcherus in vita S. Angilberti Centulenſis c. 2. *Berta*, (Filia Caroli M.) *auidiſſimo amore in clariſſimum virum, Angilbertum, oculus iniecit, et quem in paterno amore ſuper omnes mortales conualuiſſe norat, eundem in ſponſi titulum, et amoris remedium totis affectibus praeuenire praeoptabat. Sed quia genitoris ſenſibus haec per ſe intimare puellaris animus trepidabat, egit tamen opportune importune, vt haec ſuae mentis paſſio patri Carolo veniret in notitiam. Qui quidem moleſte tulit huiusmodi votum in cara prole exortum, ſed veritus, ne res in peius procederet, conſiderans etiam Domini Angilberti ingenuam a proauis nobilitatem, detulit filiae ſuae voluntatem, et, inito conſilio cum primoribus, die ſtatuto filiam accurate ac regaliter exornatam Domino Angilberto coniugem ſociauit, cunctis fauentibus, qui adeſſe poterant. Sic Domnus Angilbertus a ſacerdotii ſanctimonia deſciſcens, Regis gener effectus eſt, et duos filios Nithardum et Arnidum procreauit. Dato eſt etiam illi maritimae Franciae magna pars in Ducatum, vt ſcilicet Regis gener honoris faſtigio non careret.*

Adrianus Papa in ep. ad Carolum M. de A. 794. in Harduini Concil. T. VI. p. 921: *Directum a veſtra clementiſſima praecelſa regali potentia ſuſcepimus fidelem familiarem veſtrum, videlicet Engilbertum, Abbatem et miniſtrum Capellae, qui pene ab ipſis infantiae rudimentis in palatio veſtro enutritus eſt., et in omnibus conſiliis veſtris receptus.*

Annales Fuldenſes ad A. 792. *Haereſis Feliciana, ipſo auctore eam abnegante, apud Reganesburg primum damnata eſt. qui etiam per Engilbertum Abbatem in praeſentia Adriani Apoſtoli adductus denuo eam confeſſione facta damnauit.*

G Hariul-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/65 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Hariulfus in vita S. Angiberti et Io. de Cabella in Chronico abbat. Centulenſium: *A 814. d. XII. Kl. Martii S. Angilbertus migrauit e ſeculo — ſepulturam eccleſiaſticam ante portam magnae eccleſiae requiſiuit, vt per omnes intrantes pedibus conculcaretur.*

31. et 32.) Nithardus Lib. IV. de diſſenſionibus fil. Lud. Pii p. 379 ap. du Chesne T. II: *A. 845. Non. Nouembr. Angibertus, vir mirabilis, Centulo translatus, et anno poſt deceſſum eius XXVIII. corpore abſque aromatibus indiſſoluto repertus eſt. Fuit hic vir ortus eo in tempore haud ignotae familiae. Madhelgaudus autem, Richardus et hic, ex vna progenie fuerunt, et apud magnum Karolum merito magni habebantur. Qui ex eiusdem Magni Regis filia, nomine Berchta, Harnidum fratrem meum, et me Nithardum genuit.*

Nithardum fuiſſe Abbatem Centulenſem ac peremtum a Normannis forte A. 853. ex Hariulfo, Centulenſis hiſtoriae ſcriptore luculento, vberius probat Paulus Petauius in breui Syntagmate de Nithardo; neque eundem accenſendum eſſe monachis Prumienſibus ex Lupi ep. LV. oſtendit Steph. Baluzius in not. ad eandem p. 394.

33.) Eginhartus in annal. ad A. 781. *Rege vero Karolo Roma digreſſo ac Mediolanum veniente, Thomas, eiusdem vrbis epiſcopus, baptizauit ibi filiam eius, nomine Giſlam et de ſacro fonte ſuſcepit.* Conf. eiusd. teſtemonium ex libro de vita Caroli M. c. 18. in probat. n. 28.

Alcuinus in carmine de Carolo M. eiusque liberis l. c. p. 192.

Giſala poſt iſtas ſequitur candore coruſcans

— — — — —

Virgo pudica pii ſequitur veſtigia Regis.

34.) Paulus Diaconus de Ep. Metenſ. Eccleſ. l. c. p. 202. *Ibi* (apud vrbem Mentenſem in B. Arnulfi oratorio) *quoque et iunioris Regis Karoli duae nihilominus tumulatae ſunt natae, ſcilicet Adelaid et Hildigard. Quae Hildigard materno nuncupata nomine matrem morientem citius ſubſecuta eſt. Quarum omnium epita-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/66 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

epitaphia a nobis iuſſu glorioſiſſ. regis Karoli compoſita, vt de eis liquido lectori ſatisfieret, ſubter annotare curaui.

Epitaphium filiae Karoli Magni, Adheleidis, quae nata de thalamo eius, quando idem Italiam ſubegit (A. 774.)

Hoc tumulata iacet puſilla puellula buſto,
Adeleid amne ſacro quae vocitata fuit.
Huic ſator eſt Karolus gemino diademate pollens,
Mobilis ingenio, fortis ad arma ſatis.
Sumpſerat haec ortum prope moenia celſa Papiae,
Cum caperet genitor Itala regna petens.
Sed Rhodanum properans rapta de lumine vitae
Ictaque ſunt matris corda dolore procul.
Exceſſit patrios non conſpectura triumphos:
Nunc Patris aeterni regna beata tenet.

35.) Paulus Diaconus l. c. p. 204.

Epithaphium Hildegardis filiae eiusdem Karoli.

Hildegard rapuit ſubito te funus acerbum
Ceu rapta Boreas vere liguſtra nouo,
Expleuit nec dum vitae tibi circulus annum,
Annua nec venit lux geminata tibi

— — — — —

Matris habens nomen, renouas de morte dolorem
Poſtquam vixiſti vix quadraginta dies.

36.) Eginhardus de vita Caroli M. c. 18. *Carolus habuit et alias filias tres Thetradam, Hildrudim, et Rothaidem, duas de Faſtrada vxore ------ tertiam de Concubina quadam, cuius nomen modo memoriae non occurrit.*

Acuinus in carmine l. c. p. 192.

Interea ingreditur vultu Theodrada coruſco,

— — — — —

Acri fertur equo Caroli pia filia Regis.

37.) Vid. teſtimonium Eginhardi in probatione antecedente.

Alcuinus in carmine l. c. p. 193.

Agminis extremam partem ſibi vendicat Hildrud.

Aſtronomus in vita Ludouici Pii ad A. 814. p. 295. *Mouerat Ludouici animum iam dudum, quanquam natura mitiſſimum, illud, quod a ſororibus illius in contubernio exercebatur paterno, quo ſolo domus paterna inurebatur naeuo. Cui incommono mederi volens, ſimul et cauens, ne, quod per* Odilonem *et* Hiltrudem *olim acciderat, reuiuiſceret ſcandalum, miſit Walam et Warnarium --- --- vt quosdam ſtupri immanitate et ſuperbiae faſtu reos maieſtatis caute ad aduentum vsque ſuum adſeruarent.*

38.) Vid huius tabulae probat. n. 9. p. 44.

Eginhartus de vita Caroli M. c. 20. *Erat ei filius, nomine* Pipinus, *ex concubina editus, cuius inter caeteros mentionem facere diſtuli, facie quidem pulcher, ſed gibbo deformis. Is cum Pater bello contra Hunos ſuſcepto in Baioaria hyemaret, aegritudine ſimulata, cum quibusdam primoribus Francorum, qui eum vana regni promiſſione illexerant, aduerſus Patrem coniurauit: quem poſt fraudem detectam et damnationem, coniuratorum detonſum in coenobio Prumia religioſae vitae iamque volentem vacare permiſit.*

Chronicon Moiſſiacenſe ad A. 792. *In ipſo anno inuentum eſt conſilium peſſimum, quod Pippinus, filius regis, ex concubina Hilmiltrude matre genitus, contra Regis vitam, et filiorum eius, qui ex legitima geniti ſunt, qui voluerat Regem et ipſos occidere — — Sed cum cognouiſſet Rex conſilium Pippini, et eorum, qui cum ipſo erant, coadunauit conuentum Francorum, et aliorum fidelium ſuorum ad Reganesburg. Ibique vniuerſus populus — iudicauerunt ipſum Pipinum, et eos qui conſenſerant, vt ſimul et hereditate et vita priuarentur, et ita de aliquibus adimpletum eſt. Nam Pipino filio ſuo, quia noluit Rex, vt occideretur, iudicauerunt Franci, vt ad ſeruicium eius inclinare debuiſſet. Et miſit eum iam clericum in monaſterium.*

Monachus Sangellenſis Lib. II. de rebus Caroli M. c. 18. *Ipſe quoque nanus et gibboſus Pippinus immaniſſime caeſus et detonſus ad·*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/68
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ad cellam S. Galli, quae cunctis locis Imperii latiſſimi pauperior viſa eſt et anguſtor, caſtigandi gratia ad tempus aliquantulum deſtinatus eſt.

Annales Hildeshemenſes ad A. 811. *Duo filii Imperatoris i. e. Pippinus monachus et Carolus mortui.*

39 et 40.) Vid. huius tab. probatio n. 10-- 13. p. 44.

41.) Nithardus Lib. I. ad A. 815. pag. 44. *Ludouicus fratres quoque adhuc tenera aetate Drogonem, Hugonem, et Theodoricum, participes menſae effecit, quos et in Palatio vna ſecum nutrire praecepit* —— Et ad A. 819. *Hinc autem metuens, ne poſt dicti fratres, populo ſolicitato, eandem facerent* (rebellarent nempe vti Bernardus R. Italiae) *ad conuentum publicum eos venire praecepit, totondit, ac per monaſteria ſub libera cuſtodia commendauit.*

Eginhartus in annal. ad A. 822. *Dominus Imperator — fratribus ſuis, quos invitos tonderi iuſſit, reconciliatus eſt.* Et ad A. 823. *Drogonem, fratrem eius, ſub Canonica vita degentem, Metenſi eccleſiae, clero eiusdem vrbis conſentiente, atque eligente rectorem conſtituit, eumque ad pontificatus gradum cenſuit promouendum.*

Hugo Flauiniacenſis in Chr. *Anno ipſius Ludouici VIII, ab Incarn. Dom. 823. — Franconofurch --- ordinatus eſt pridie Idus Iunii Drogo Caroli M. filius, et datus eſt ei Epiſcopatus Metenſis.*

Imp. Ludouicus Pius in diplomate de A. 838. in Baluzii Lib. III. Miſc. p. 97. *Haec omnia, vt nobis a Drogone, Fratre et Archi-Capellano noſtro --- renunciatum eſt.*

Aſtronomus in vita Ludouici Pii ad A. 840. p. 319. *Drogo, frater Domini Imperatoris, Metenſis Epiſcopus, nec non ſacri Palatii Archi-Capellanus, quem quanto ſibi propinquiorem nouerat, tanto ei familiarius ſua omnia et ſemet credebat.*

Excerptum ex Segii II. Papae epiſtola ad Ep. Tranſalpinos A. 844. ſcripta, qua Drogonem, Archi-Ep. Metenſem, deſignat Vicarium Sedis Ap. in Germ. et Gall. in Miraei notit. eccleſ. Belgii c. 14. et Sirmondi T. III. Concil. Gall. *Ad noſtrae igitur humilitatis vicem cunctis prouinciis trans Alpes conſtitutis, Drogonem, Archi-Epi-*

ſcopum Metenſem, glorioſi quondam Karoli Imperatoris Filium, cuius beatiſſimi moderatoris induſtria Romanorum Francorumque concorperauit imperium, cauta deliberatione conſtituimus: Vt quia ſereniſſimi atque Piiſſimi Filii noſtri, magni Imperatoris Hlotharii, eiusque fratrum dilectiſſimorum Filiorum noſtrorum Hludouici et Karoli Regum auunculus eſt, in ſuper ſanctitate doctrinaque conſpicuus, veſtris neceſſitatibus, vice noſtra, idoneus vbique miniſter exiſtat.

Catalogus Epiſcop. Metenſium ex codice monaſterii S. Symphoriani: *Drogo Archiepiſc. ſedit annos XXXIV. menſes V, dies VII. obiit VI. Id. Decembr.*

42.) Vid. huius Tabulae probatio n. 10--13. p. 44. et teſtimonium Nithardi in probatione antecedente p. 53.

Albericus ad A. 835. *Hugo, frater Imperatoris, factus eſt Abbas S. Quintini.*

Imp. Ludouicus in diplomate de A. 835. in Mabillonii de Re dipl. Lib. VI. §. 201. p. 613. *Dilectus frater noſter, Hugo, Sacri Palatii noſter Archinotarius.*

Lupus ep. 88. *Summa veneratione ſuſpiciendo Hugoni, Abbatum ſummo, Lupus --- ſalutem ------ dum et ſingularem in vobis nobilitatem conſidero.*

Annales Bertiniani A. 838. *Imperator, inuitante Hugone, fratre, et B. Quintini monaſterii Abbate, eiusdem martyris feſtiuitate honorifice celebrata, Attiniacum perueniens;* ad a. 844. *Pippinus, Pippini quondam Regis F. exercitu ex Francia ad Carolum Toloſam ciuitatem, obſidione vallantem, properanti in pago Eccoleſimo occurrens, ita breui et absque ſuorum caſu profligauit, ut primoribus interfectis ------ ſpoliatos --- ad propria redire permitteret. Qua inopinata congreſſione Hugo, Presbyter et Abbas, filius Caroli M quondam Imp. et frater Hludouici itidem Imp. patruusque Lotharii, Loduici, et Caroli Regum, nepos videlicet Caroli Imp. ex filia --- cum aliis pluribus interfecti.*

43.) Vid. teſtimonium Eginharti in huius tabulae probat. num. 10-- 13. p. 44. et Nithardi in probat. n. 41.

Theganus de geſtis Ludouici Pii c. 24. *Eodem tempore iuſſit fratres ſuos tonſurari, Drogonem, Hugonem, et Theodoricum, ad diſcordiam mitigandam, et liberalibus diſciplinis inſtrui, quos poſtmodum honorifice conſtituit. Drogoni epiſcopatum dedit, et Hugoni coenobialia monaſteria.*

44.) Vid. huius Tapulae probat. n. 10. -- 13. p. 44.

PROBATIONES
AD TABVLAM IV.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) VIdeantur teſtimonia Eginharti ex Tab. III. probat. num. 21. p. 46.

Hadrianus Papa in ep. 49. ad Carolum M: *Dignati eſtis nobis repromittere, vt in ſanctam die Paſche ad limina B. Apoſtolorum Principis Petri, vna cum ſpirituali filia noſtra, Regina, Domino auxiliante properare debuiſſetis, vt filium, qui nunc vobis procreatus eſt, de ſacro baptiſmate vlnis noſtris ſuſciperemus.*

Appendix ad Chronicon Nibelungi in du Chesne T. II. pag. 12. *A.* 781. *perrexit Carolus Rex Romann, et baptizatus eſt ibi filius eius, qui vocabatur ei Carolomannus, quem Hadrianus Papa mutato nomine vocauit Pippinum, et vnxit in Regem ſuper Italiam, et fratrem eius Ludouicum ſuper Aquitaniam.*

Anaſtaſius biblioth. in vita Leonis III. Papae p. 184. *Pontifex vnxit oleo ſancto Carolum et excellentiſſimum filium eius Regem in ipſo die natalis Domini.*

Annales Fuldenſes ad A. 810. *Cum Imperator memorato loco ſtatiua haberet — Pipinum, filium eius, Regem Italiae VIII. Id. Iulii de corpore migraſſe — narratur.*

Thega-

Theganus in geſtis Ludouici Pii c. 5. *Anno regni eius* (Caroli) *quadrageſimo ſecundo, obiit Pippinus filius eius, anno aetatis ſuae XXXIII.*

Sigonius Lib. IV. de R. I. p. 103. *Cadauer Pipini Regis Veronam delatum ſepultum eſt in monaſterio S. Zenonis, quod Rex ipſe conſtruxerat.*

2.) Alcuinus ad Pippinum ep. 24. *Laetare cum muliere adoleſcentiae tuae, et non ſint alienae participes tui, vt benedictio Tibi a Deo data in longam nepotum procedat poſteritatem.*

3.) Eginhartus in ann. ad *A.* 813. *Imperator Aquisgrani hiemauit, et incipiente verna temperie Amalharium — CP Lim miſit, ac deinde habito generali conuentu euocatum ad ſe apud Aquisgranum filium Ludouicum, Aquitaniae regem, coronam illi impoſuit, et Imperialis nominis conſortem fecit, Bernardumque nepotem ſuum, Pippini ſui filium, Italiae praefecit, et regem appellari iuſſit.* Et ad A. 817. *Venatione peracta nunciatum eſt ei* (Imp. Ludouico Pio) *Bernhardum, nepotem ſuum, Italiae regem — tyrannidem meditatum, iam omnes aditus - - — firmaſſe praeſidiis. Ad quos motus comprimendos cum - - magno exercitu Imperator Italiam intrare feſtinaſſet, Bernhardus rebus ſuis diffidens — armis depoſitis ap. Cabillonem Imperatori ſe tradidit.* Et ad A. 818. *Imp. Aquisgrani reuertitur — paucis poſt Paſcha diebus coniurationis autores — ſimul et regem, iudicio Francorum capitali ſententia condemnatos, luminibus tantum iuſſit orbari.*

Theganus c. 22. *Bernhardus, filius Pippini, et ex concubina natus — extollens ſed aduerſus patruum ſuum, voluit eum a regno expellere.* c. 23. *Tertio die poſt amiſſionem oculorum Bernhardus obiit.*

Epitaphium Bernardi Regis Italiae in eccleſia S. Amproſii Mediolani in lapide A. 1498. effoſſo in Triſtani Galchi *hiſt. Mediol. Lib. X.* Sigonii *de R. I. Lib. IV. p.* 108. Baronii *annal. ad A.* 818. *n.* 18. et in notis Palatinorum Sociorum in bullam Paſchalis I. Papae ad Petronacium, *R*auennae Archi - Ep. in Muratorii T. II. Script. Italic. p. 220.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/72 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

TABVLA IV.

FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) PIPPINVS, *ante baptiſmum A. 781.* Carolomannus *dictus*, *F. Caroli M. Imp. ex Hildegarde* ſecundum Tab. III. n. 23. *nat. A. 776. appellatus a Patre Rex Italiae A. 781, unctus a Leone Papa d. 25. Decembr. A.* 800. † d. 8. *Iulii A.* 810. *ſepultus Veronae in monaſt. S. Zenonis* p. 55.

2.) Vxor: N. N. p. 56.

3.) BERNARDVS *Rex Italiae menſe Novembr. A. 813. ob rebellionem per excoecationem occiſus d. 17. Apr. A. 817. ſep. Mediolani in baſ. S. Ambroſii.* p. 56.

Vxor.

4.) Cunegundis, *in vivis adhuc A. 835.* p. 57.

5.) Adelhaidis, p. 57.

6.) Attala, p. 57.

7.) Gundrada, p. 57.

8.) Berthais, p. 57.

9.) Thedrada, p. 57.

10.) Pippinus Comes, p. 57.

11.) Bernhardus, p. 57.

12.) Pippinus, p. 57.

13.) Heribertus, *Comes Campaniae et Veromandenſis*, p. 57.

Vxor.

14.) Soror Hugonis M. Comitis Pariſienſis, p. 57.

15.) Odo, *Comes Laudunenſis*, p. 57.

16.) Heribertus, p. 58.

17.) Hugo, *Archi Epiſcopus Remenſis A. 928. depoſitus A. 630.* p. 58.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/73
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

p. 220. (V.) *Bernardus ciuilitate mirabilis ceteriſque piis virtutibus inclytus Rex hic requieſcit reg. ann. IIII. M. V. obiit XV. Kl. Mai- ind. X. filius piae M. Pipini.*

4.) Mabillonius in muſei Italici T. I. part. I. p. 309. *Sanctimonialium ordinis noſtri coenobium ſub titulo S. Alexandri martyris condidit ſeculo IX. Cunigundis, relicta Bernhardi, Italiae R. atteſtante authentico inſtrumento Parmae dato, regnantibus Hlodeuico et Hlothario Impp. anno XXII. et XVI. 17. Kl. Iulias, indict. XIII.* (A. C. 835.)

5 -- 9.) Eginhartus de vita Caroli M. c. 19. *Pipinus vnum filium ſuum Bernhartum, filias autem quinque Adelhaidem, Atalam, Gundradam, Berthidem, ac Thedradam, ſuperſtites reliquit.*

10.) Genealogia S. Arnulfi in du Cheſne T. II. p. 642: *Pipinus F. Caroli Imp. genuit Bernardum, Bernardus Pipinum, Pipinus Bernardum, Herbertum, et Pipinum.*

Nithardus Lib. II. p. 365: *Quod — Pippinus, filius Bernardi Regis Longobardorum, ceterique cernentes.*

11. et 12.) Vid. probatio antecedens et ſubſequens.

13.) Regino ad a. 918. *Habuit autem iſte Bernhardus, F. Pipini, Rex Italiae, filium nomine Pipinum, qui tres liberos genuit: Bernhardum, Pippinum, et Heribertum. Heribertus, Rudolphum Comitem* (Flandriae,) *filium Balduini, interfecit, noſtris temporibus, et non multum poſt occiſus eſt ab Alduino, ſatellite Balduini, Rudolphi fratris, qui Balduinus huc vsque in Flandris ducatum tenet.*

14.) Guido ap. Albericum ad a. 924. *Heribertus, Campaniae Comes et Veromandenſis, qui filius Pipini Comitis, qui Bernardi, qui Pipini regis Italiae, qui Caroli M. Imp. ob gratiam Rodulfi, Fr. Regis, de nouo creati, et Hugonis Ducis, cuius ſororem habuit vxorem.*

15. et 16.) Albericus ad a. 928. *Heribertus Trecenſis, filius Pipini Comitis, hos habuit Filios: Odonem, Heribertum, et Hugonem,*

qui electus fuerat in Archi-Epiſcopum Remenſem. Comitatum autem Laudunenſem hic Heribertus petebat Duci Odoni filio ſuo a Rege Fr. Rodulfo.

17.) Alberecus ad a. 930. *Diſſenſionis inter Ludouicum Regem Fr. et Hugonem magnum Ducem -- occaſio fuit praecipua electio cuiusdam Hugonis in Remenſem Archi-Epiſcopum, cuius aetas infra metas adhuc pueritiae tenebatur, qui Campaniae Comitis, et Veromandenſis Hereberti filius, Hugonis magni Ducis ex ſorore nepos habebatur, quam electonem, quia prohibitam, irritam fecit autoritate Papali Ludouicus pariter et regali.*

PROBATIONES

AD TABVLAM V.

FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) ASTronomus in vita Ludouici Pii in du Chesne T. II. pag. 287. *Carolus — ad Aquitaniam tranſiit — reliquit Hildegardam — Reginam in villa regia, cuius vocabulum eſt Caſſinogilus, gemina grauidam prole — Rediens — Rex reperit coniugem Hildegardam binam edidiſſe prolem maſculam; quorum vnus immatura morte praereptus, ante pene mori, quam ſub luce viuere coepit. Alter proſpero euentu materno fuſus vtero infantilibus nutriebatur impendiis. Nati ſunt autem anno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octauo. Sed eum, qui viuidam promittebat qualitatem, quum per baptiſmis ſacramentum renaſci contigiſſet, Ludouicum vocitari patri placuit, eique regnum, quod ſibi naſcendo dicauerat, contradidit.*

Annales Eginharti ad A. 781. *Carolus Romam veniens, honorifice ab Adriano Papa ſuſceptus eſt, et cum ibi ſanctum paſcha celebraret baptizauit idem pontifex filium eius Pipinum, vnxitque in regem. Vnxit etiam et Ludouicum, fratrem eius, quibus et coro-*

nam impoſuit. Quorum maior, id eſt, Pipinus, in Longobardia: minor vero in Aquitania rex conſtitutus eſt.

Annales Lambeciani ad h. a. *Placitum magnum in menſe Auguſto ad Aquis factum eſt, et Karlus Imp. conſtituit Hludoueum, filium ſuum ſimul imperare cum eo, imponens diadema capiti eius.*

Nithardus Lib. I. p. 364. *Lodhuvvicus Imperator — in inſula quadam iuxta Magonciacum, XII. Kal. Iulii obiit, Quem Drogo, Frater et Epiſcopus, atque Archicapellanus eius, Metis ciuitate ſua apud S. Arnulfum — congruis honore ſepulturae tradidit. Vixit per annos IIII. et LX, rexit Aquitaniam per annos VII. et XXX, Imperiale vero nomen per annos VII. et XX. et per menſes ſex obtinuit.*

Annales Bertiniani ad A. 840. *Imperator a perſequendo filio rediens, correptus morbo in inſula Rheni, infra Maguntiam ad proſpectum Ingulenheim Palatii ita, XII. Kl. Iulii defunctus eſt.*

2.) Theganus c. 4. *Ludevvicus, poſtquam ad aetatem peruenit deſponſauit ſibi filiam nobiliſſimi Ducis Ingorammi, qui erat filius fratris Ruthgangi ſancti Pontificis. Supra dicta vero virgo Irmingarta vocabatur, quam conſilio et conſenſu Patris Reginam conſtituit, atque ex ea tres filios habuit adhuc patre viuente, quorum vnus vocabatur Lotharius, alter Pippinus, tertius aequiuocus eius Ludeuicus.*

Aſtronomus in vita Lud. ad A. 796: *Ludouicus verens, ne corporis natiuo ſuperatus calore, in multimodos luxuriae raperetur anfractus, cum conſilio ſuorum, Hermengardam futuram Reginam, claris ortam natalibus, vtpote filiam Ingrammi Comitis, ſibi ſociauit.*

Somnia Guidonis de Bazocchiis in Alberici Chronico ad A. 833. et 79. Ermengartem, vxorem Ludouici Pii, filiam Nemerici et ſororem S. Guilielmi facientis, docto exploſit Blondellus in *Gen. Franc. plen. Aſſertione et quidem in ſecundi Vind. Chiflet. Cap. euerſione pag.* 213.

Aſtronomus l. c. ad A. 818. *Imperator — Andegauum vrbem repetiit. Vbi dum Hermengardis Regina longo fatigaretur in-*

commodo, duobus diebus poſt regreſſionem Imperatoris ſuperuixit, et tertio die obiit, quinto Nonas Octobris --- Curata autem Reginae ſepultura Imperator --- ſe Aquisgrani ad hiberna contulit.

3.) Aſtronomus l. c. ad A. 819: *Qua tempeſtate Imperator monitu ſuorum vxoriam copulam meditabitur inire. Timebatur enim a multis, ne regni Gubernacula vellet relinquere, ſed compellebatur. Tandemque eorum voluntati ſatisfaciens, et vndequaque adductas Procerum filias inſpiciens, Iudith, filiam Wolfonis, nobiliſſimi Comitis, in matrimonium iunxit.*

Theganus c. 26. *Sequenti anno* (poſt obitum Hermingardis reginae) *imperator accepit filiam Welfi Ducis, qui erat de nobiliſſima ſtirpe Bauarorum, et nomen virginis Iudith, quae erat ex parte matris nobiliſſimi generis Saxonica, eamque reginam conſtituit. Erat enim pulchra valde.*

Autor TranslationisS Bathildis c. 1. in Actorum SS. Antuerp. Ianuarii T. II. *Anno viceſimo imperante cum magna felicitate Hludouico ſereniſſimo Auguſto in regno Francorum venit Kala monaſterium, vbi venerabilis Abbatiſſa Hegelwich, genetrix Iudith imperatricis, magno gregi Sanctimonialium praeerat.* Hanc Hegelwigem, Brunonis, Angariae Principis, et Giſelae Witichindeae filiam, ac Ecberti Ducis ſororem minus fallaci coniectura conſtituit Cl. Eccardus in not. ad vit. Hathumodae p. 32. conf. ei. Gen. Sax. p. 18.

Chronicon breue monaſt. S. Galli in du Cheſne T. II. pag. 469. A. 843. *Iuditta Regina obiit.*

Chronicon Aquitanicum ap. Labbeum ap. T. I. 291. ad A. 843. *Iudith Imperatrix, Karoli Calui mater, obiit ap. B. ſepulta Martinum Turonis.*

Praeceptum Caroli Calui de Abbatia S. Eligii in append. Capitul. Baluz. num. C. — — — — — — -- — *eo ſiquidem pacto, vt diem depoſitionis patris noſtris praecellentiſſimi, Imperatoris Ludouici, quod eſt XII. Kal. Maii et matris noſtrae glorioſiſſimae Imperatricis Iudith, quod eſt XIII. Kal. Aprilis — ſub continua orationum miſſarumque*

que

TABVLA V.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) LVDOVICVS Pius, *F. Caroli M. Imp. ex Hildegarde*, ſecundum Tab. III. n. 14. *n. A. 778. in villa regia Aquit. Caſſinogilo, dictus a Patre Rex Aquitaniae A. 781. et Collega Imperii A. 813. m. Auguſto Aquisgrani. † in inſula Rheni iuxta Moguntiam d. 20. Iunii A. 840. ſep. Metis ap. B. Arnulfum.* p. 58.

VXORES. 2.) I. Hermengardis, *F. Ingrammi Comitis, ducta A. 796. † Andegaui d. 3. Octobr. A. 818. ibidemque ſep.* p. 59.

3.) II. Iuthida, *F. Welfi, Comitis Bauarici, et Hegelwich Saxonicae, Copulata A. 819. † A. 843. depoſita in baſilica S. Martini Turon. d. 20. Martii* p. 60.

I. 4.) LOTHARIVS I. *nat. A. 796. Rex Baioariae A. 814. Co-Imperator d. 29. Iun. A. 817. coronatus Romanae A. 823. Monachus Prumienſis A. 855. † ibid. eodemanno d. 28. Sept. et ſep.* p. 61.

VXOR. 5.) Irmengardis, *F. Hugonis C. ducta A. 825. m. Oct. † A. 851. d. 20. Martii f. 6. h. 6* p. 62.

CONCVBINAE. 6.) I. Dota, *copulata A. 853.* p. 62.

7.) II. Ancilla anonym. p. 62.

I. 8.) PIPPINVS, *Rex Aquitaniae A. 814. † 838. d. 13. Dec. ſep. Pictauis ap. S. Radegundem*, p. 61.

9.) VXOR: Ingeltrudis, *F. Theodberti C. Matricenſis, A. 822.* v. Tab. I. n. 27. et 28. p. 62.

I. 14.) Ludouicus Germanicus. vid. TABVLA VI.

II. 15.) Carolus Caluus. vid. TABVLA VII.

16.) Alpais. MARITVS Bego, C. Pariſienſ. † A. 817.

II. 17.) Hildegardis A. 842. p. 65.

II. 18.) Giſla, A. 870. p. 65. MARITVS 19.) Eucrardus, Comes A. 867. p. 65.

Children of Lotharius I.:

29.) LVDOVICVS II. *Rex Italiae A. 844. Co-Imp. A. 850. † A. 875. d. 13. Aug. ſep. Mediolani ap. S. Ambroſ.* p. 69.

30.) VXOR: Angilberga, *ducta A. 856. Sanctimonialis A. 875.* p. 70.

31.) Hirmingardis, *deſponſata primum A. 869. Baſilio, Imp. Byzant.* MARITVS BOSO, *Comes, Dux Ticinenſis A. 876. Rex Burgundiae et Provinciae A. 879. d. 15. Oct. † A. 787. d. 11. Ianuar.* p. 71.

32.) LOTHARIVS II. it. Iunior, *Rex Lotharingiae A. 855. † Placentiae A. 868. d. 8. Aug. f. 2. h. ſep. 2. ibid. in monaſt. S. Antonini.* p. 71.

33.) I. VXOR: Tietberga, *F. Boſonis, et ſoror Hucberti Abbatis, copulata A. 856. repudiata A. 860. recepta A. 865. poſtea iterum reiecta.* p. 72.

34.) II. PELLEX: Waldrada, *coronata A. 862. excommunicata A. 866. abſoluta A. 868.* p. 73.

39.) CAROLVS. *Rex Prouintiae A. 855. † A. 863. ſep. Lugd. in eccleſ. S. Mariae monaſterii S. Petri*, p. 74.

40.) Filia anonyma, *rapta* a Giſilberto, *Comite, A. 846.* p. 75.

41.) Helletrudis. MARITVS Berengarius, Comes. p. 75.

I. 42.) Carolomannus. p. 65. et 75.

Children of Pippinus:

10.) PIPPINVS *Rex Aquitaniae 839. et 845. Monachus S. Medardi apud Sueſſ. A. 852. transfuga ad Normannos A. 856. damnatus ad perpet. carcer. A. 864.* p. 62. 63.

11.) Carolus, *Monachus Corbei. A. 851. Archi-Ep. Moguntinus el. A. 856. d. 8. Mart. † d. 4. Iun. A. 863. ſep. ap. S. Albanum Mogunt.* p. 63.

12.) Berta MARITVS Gerardus, Comes, *occiſus in proelio Fontanico A. 841.* p. 64.

13.) Filia anonyma, MARITVS, Hieratarius, *Comes A. 839.* p. 64.

Descendants of Giſla and Eucrardus:

20.) BERENGARIVS I. *Dux Foroiulienſis, Rex Italiae A. 888. Imperator coronat. Romae A. 916. d. Mart. † 924. ante d. 12. Mart.* p. 66.

21.) Giſla, *Vxor prima* Adalberti, *Marchionis Eporegiae.* p. 68.

22.) BERENGARIVS II. *Marchio Eporegiae, Rex Italiae A. 950. d. 15. Dec. ☉. captus ab Ottone I. Imp. A. 964. † Babenbergae d. 4. Aug. A. 966. ibid. ſep.* p. 68.

23.) VXOR: Willa. *F. Boſonis, Marchionis Tuſciae, ex Willa, cum marito capta A. 964 Sanctimonialis A. 966.* p. 69.

24.) Adalbertus, *Rex Italiae A. 950.* p. 69.

25.) Wido, *A. 962. † 965.* p. 69.

26. Cono, *A. 965.* p. 69.

27.) Giſla, 28.) Gerberta, *captae A. 964. cum parentibus.* p. 69.

Children of Hirmingardis and Boso:

35.) Hugo, *Dux Alſatiae A. 868. ob rebellionem excoecatus A. 885. et Monachus Prumienſ. ibid. ſep.* p. 73.

36.) VXOR: Friderach, *Vidua Bernarii, A. 883.* p. 74.

37.) Giſela, MARITVS Godofredus, *Rex Normannor. A. 883.* p. 74.

38.) Bertha † *A. 926. ſep. in cathedrali templo Lucenſi.* p. 74. MARITI: I. Theobaldus, *Comes.* II. Adelbertus, *Marchio Tuſciae.* p. 74.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/79
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

que aſſiduitate cum omni clero ſibi commiſſo praeſens futurusque Antiſtes celebret.

4.) Eginhartus in annalibus ad A. 814. *Ludouicus tunc duos ex filiis, Lotharium in Baioarium, Pipinum in Aquitaniam miſit.* Et ad A. 817. *Ludouicus conuentum Aquisgrani more ſolito habuit, in quo filium ſuum primogenitum Lotharium coronauit, et nominis atque imperii ſui ſocium ſibi conſtituit. Ceteros reges appellatos, vnum Aquitaniae, alterum Baioariae praefecit.* Et ad A. 822. *Imperator Lotharium filium ſuum in Italiam miſit.* Ad A. 823. *Lotharius cum ſecundum patris iuſſionem in Italia iuſtitias faceret, et iam ſe reuertendum de Italia praepararet, rogante Paſchale Papa, Romam venit, et coronam, et Imperatoris, et Auguſti nomen accepit.*

Annaliſta Lambecianus ad a. 817. *Anno quarto conuentum habuit Hludouicus Imp. cum Francis Aquisgrani menſe Iunio et — ordinatus eſt filius eius Hludarius in Imperatorem, vt conſors regni fieret cum patre.* Actum hoc eſſe *III. Kal. Aug.* ex autore inedito annalium Anianenſium annotauit Steph. Baluzius *in not. ad Agobardi ep. flebil. c. IV. p.* 109.

Annales Bertiniani ad a. 855. *Lotharius Imp. morbo correptus, vitamque deſperans monaſterium Promeae, in Arduenna conſtitutum, adiit, ſeculoque et regno penitus abrenuncians tonſus eſt, vitam habitumque monachi humiliter ſumens. Diſpoſitoque inter filios, qui ſecum morabantur, regno, ita vt Lotharius cognomen eius Franciam, Karlus vero Prouinciam obtineret, infra ſex dies vita deceſſit IV. Calendar. Octobrium, atque in eodem monaſterio ſepulturam, vt deſiderauerat, conſecutus eſt.*

Epitaphium Hludharii Imp. ex peruetuſto Poemat. Rhabani Codice Fuldenſi a Browero *Lib. VIII. Anno Treuer T. I. Lib. VIII, num.* 117:

Continet hic tumulus memorandi Caeſaris oſſa
Hlotharii magni Principis atque pii

— — — — — —

Nam bis tricenos monachum ſic attigit annos
Et ſe mutauit, ac bene poſt obiit
III Kl. Octobr.

5.) Eginhartus in annal. ad A. 827: *Medio menſe Octobri conuentus generalis apud Theodonis Villam magna populi Francorum frequentia celebratur; In quo Lotharius, primogenitus Imp. Ludouici, Irmingardam, Hugonis Comitis filiam, ſolenni more duxit vxorem.*

Annaliſta Metenſis: A. 851. *Obiit Ermengardis, Regina, coniux Lotharii Imp. quae tres filios Lothario genuerat, Ludouicum ſcilicet, Lotharium, et Carolum.*

Rhabanus Maurus in epitaphio Irmingardis ap. du Chesne T. II. p. 399: *Obiit a. Irmingarda Imperatrix anno Dom. Inc.* 851. *Ind.* 14. *XIII. Cal. Aprilis in die Paraſceue, hora quaſi ſexta.*

6. et 7.) Annaliſta Bertinianus ad A. 853. *Lotharius Imp. defuncta ante biennium Ermengarda Chriſtianiſſima Regina, duas ſibi ancillas ex villa Regia copulauit, ex quarum altera, Doda vocabulo, genuerat, quem Karolomannum vocari iubet.*

8.) Vid. teſtimonium Eginharti in huius tabulae probatione num. 4.

Annales Bertiniani ad A. 838. *Pippinus, filius Imperatoris, Rex Aquitaniae, Idus Decembris defunctus eſt, relictis duobus filiis Pippino et Carolo.*

Chronicon Mallecenſe ap. Labbeum T. II. p. 196. *Pipinus R. Aquitaniae, F. Ludouici Imp. obiit, ſepultus ap. S. Radegundem Pictauis.*

9.) Vid. edictum Briuatenſe ipſius Pippini R. in Tabulae I. probat. n. 27. p. 12.

Annaliſta Bertinianus ad A. 822. *Imp. Pippinum in Aquitaniam ire praecepit, quem tamen prius filiam Theotberti, Comitis Matricenſis, in coniugium fecit accipere.*

10.) Aſtronomus in vita Ludouicii Pii ad A. 839. pag. 317: *Nuncii ad Imperatorem certiſſimi venerunt, affirmantes — aliquos — indi-*

—indigne ferre, quod audierint Carolo a patre idem regnum traditum.— Altera pars populi — aſſumentes filium quondam Pipini Regis, Pipinum itidem nomine, quaqua verſum poterant, vagebantur.

Annaliſta Bertinianus ad A. 839. *Cum Pippino, Pippini filio, quidam Aquitanorum ab Imperatore defecerant.* Et ad A. 845. *— Carolus agrum Floriacum — veniens, Pippinum, Pippini F. ſuſcipit, et receptis ab eo ſacramentis fidelitatis, quatenus ita deinceps ei fidelis, ſicut nepos patruo exiſteret — totius Aquitaniae dominatum ſibi permiſit;* ad A. 852. *Sancius, Comes Vaſconiae Pippinum Pippini F. capit, et vsque ad praeſentiam Caroli ſeruat. Quem Carolus captum in Franciam ducit, ac --- in monaſterio S. Medardi ap. Sueſſiones tonderi iubet.* A. 853. *Pippinus Carolo ſacramentum fidelitatis iurat, et inſuper habitum monachi ſuſcipit.* A. 856. *Aquitani Karlum puerum, quem nuper Regem conſtituerant, ſpernentes, Pippinum ex monacho, qui de monaſterio S. Medardi aufugerat, eductum cuſtodia Regem ſimulant.* A. 857. *Pippinus Danorum pyratis ſociatur, Pictanorum ciuitatem deuaſtat.* A. 858. *Karolus Pippinum iam laicum ſuſcipit, et ei Comitatus ac monaſteria in Aquitania tribuit.* A. 864. *Pippinus Pippini F. ex monacho Laicus et apoſtata factus, ſe Nortmannis coniungit, et ritum eorum ſeruat. —— Pippinus Apoſtata --- capitur --- et in eodem placito --- a regni primoribus, vt patriae et Chriſtianitatis proditor --- ab omnibus ad mortem diiudicatur, et in Siluanectis arctiſſima cuſtodia religatur.*

11.) Annaliſta Fuldenſis ad A. 851. *Similiter et Carolus frater eius* (Pipini) *iunior, cum de regno Hlutharii profectus fratrem inuiſere diſpoſuiſſet, tentus eſt a Comitibus Carli Regis, et illo iubente tonſus in Corbeienſe monaſterio miſſus eſt in cuſtodiam.* Et ad A. 856. *Menſe Februario IV. die menſis defunctus eſt Hrabanus Archi-Ep. Mogontiacenſis eccleſiae —--- Cui ſucceſſit Karlus, magis ex voluntate Regis, et conſiliariorum eius, quam ex conſenſu et electione cleri ac populi.* Et ad A. 863. *Ea tempeſtate Karlus Archi-Ep. Mogontiacenſis eccleſiae II. Non. Ianii defunctus eſt.*

Anna-

Annaliſta Bertinianus ad A. 854. *Carolus, Pipini frater, iam Diaconus ordinatus, a Corbeienſi monaſterio recedit.*

Annales Fuldenſ. Francorum MSt. coenobii Trudonis in notis celeberrimi G. C. Ioannidis ad Serrarii Rer. Mogunt. Lib. IV. p. 406. ad A. 856. *Hradano Mog. eccleſiae Archi-Ep. Karolus, Pipini R. Filius, qui de cuſtodia Corbeienſis monaſterii lapſus, ad Hludouicum R. patruum ſuum defecerat, in epiſcopatu ſucceſſit VIII. Id. Mart. non ſolum ex voluntate Regis, verum etiam ex conſenſu et electione cleri et populi.*

De ſepultura Caroli Archi-Ep. in aede S. Albani Moguntiae vid. Serrarius *l. c. p.* 408. et Helwich *in Chr. hui. monaſt. c. XII. §. 4. T. II. Script. Mog. p.* 729.

12. et 13.) Aſtronomus in vita Ludouici Pii ad A. 839. p. 317. *Gerardus itidem Comes et gener quondam Pipini, nec non Hiratarius ſimiles Comes, Pipini gener.*

Lupus Ferrarienſ. ep. 28. *Aquitaniae tutela tripartito diuiſa eſt — Alteri quae Lemouicis verſatur, praeſidet Gerardus Princeps quondam et carus Pipini Regis,* et in epiſt. 122. ad Gerhardum: *Praecellentiſſimo Duci G. et clariſſimae coniugi eius B.*

Flodoardus in hiſt. Remenſ. eccleſ. *Hincmarus ſcripſit* Lib. III. c. 27. *Berthae, vxori Gerardi Comitis, pro rebus Eccleſiae ſibi commiſſae in prouinciae ſitis, quas eidem Gerardo tuendas — commiſerat, petens, vt ipſa ſtrenua ſit interuentrix apud coniugem ſuum pro rebus eisdem.*

16.) Flodoardus l. c. Lib. II. c. 12. *Ludouicus Imp. idem S. Petri monaſterium Alpaidi filiae ſuae dedit. Cuius mulieris vir, nomine Bego,* et Lib. IV. c. 46. *Quod monaſterium Ludouicus Imp. Alpheidi filiae ſuae, vxori Begonis, Comitis, dono dedit — Quod coenobium per precariam ipſius Alpheidis vel filiorum eius Letardi et Ebradi.*

Annales Hilsdesheimenſes ad A. 817. *Biego de amicis Regis, qui et filiam Imperatoris, nomine Elpheid, duxerat vxorem, eo tempore defunctus eſt.*

17.) Nit-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/84 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

17) Nithardus Lib. III. ad A. 842. p. 373. *Nunciatum eſt Karolo, quod ſoror ſua Hildigardis Adelgarium quendam ex ſuis captum haberet, et in vrbe Laudunenſi vna ſecum cuſtodire feciſſet — in ſperate ſubito ſorori, et ciuibus cum infinita multitudine nunciatur Karolus adeſſe. — Hildigardis ad fidem ſuam --- venit. --- Sororem ſuam--- Karolus benigne excepit, et omnia quae hactenus erga illum deliquerat, illi donauit. Multisque verbis illam blande allocutus, omnem benignitatem, quam frater ſorori debet-- promiſit.*

18.) Agnellus *in parte II. Libri Pontificalis de vit. pontif. Rauennatum in vita Georgii I. cap.* 1. in Muratorii *Tom. II. Script. Ital. p.* 185 *Mortuus eſt Ludouicus Imp.* (ſc. I. et pius) --- *et antequam moreretur diuiſit imperium ſuum inter reges filios ſuos --- Lotharius Auguſtus maxima pars: Pipinus Aquitaniae regnum: Ludouicus Baioariae. Hi Ermengardae filii. Ad Carolum vero plus fertilem, et opimam largiuit partem, et Giſelam filiam ſuam tradidit marito Cunrado* (Eurardo) *nomine---Hunc et hanc Iudith Auguſta parturit.*

Ipſa Gisla in confirmatione eorum, quae pro ſepultura contulit Ciſonienſi eccleſiae *in hiſtoria Ciſonienſis eccleſiae ap. Dacherium T. XII. Spicileg. p.* 496. *et in Eccardi notis ad vitam Hathumodae p.* 37. *Ego in Dei nomine Gisla dum res a Seniore meo praecelſae indolis Eurardo perditas et a piiſſimo Regum Karolo, meo, ſi fari audeam, olim germano, .-- Actum fiſco Ciſonio ap. monaſterium -- ſub die IV. non. Apr. A.* --- 870. *anno* 31. *regnante Domno et -- Karolo, meo, ſi dicere audeam, germano Rege glorioſiſſimo.*

19.) Gisla in donatione ad ſepulturam l. c. *Ego in Dei nomine Gisla dum --- pro ſepultura tam mea, quam pignorum meorum — in vſus luminarium baſilicae monaſterii a me in Ciſonio perfecti, manſos octo — tradidiſſem — quoniam pius Dominus deſiderium meum ita conſolari dignatus eſt, vt pignore corporis Senioris et coniugis mei dulcis memoriae Eurardi — ab Italicis partibus delata — in ipſo oratorio apud idem altare — ſepelire permiſit. — —*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/85 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Actum Fiuis — Kl. Iul. anno XXXV. regnante Carolo Rege glorioſiſſ.

20.) Teſtamentum Euerardi Comitis in Miraei *codice donationum c.* 21. *Ego Euerardus Comes cum coniuge mea Giſla decreui, qualiter noſtri infantes — poſt obitum noſtrum praedium noſtrum inter ſe — cum mancipiis caeteriſque mobilibus — obtinere debeant. Primogenituſque noſter Vnrock volumus vt habeat, quicquid in Longobardia et in Alimannia de proprietate habere videmur — ſecundus quoque Berengarius volumus vt habeat cortem —— Actum in comitatu Taruiſiano in corte noſtra Muſieſtro imperante domno Ludouico Auguſto*, (ſc. Secundo) *anno regni eius — XXIV. (h. e. A.C.* 867. *vel* 873.)

Annales Fuldenſes ad a. 888. *Perengarius, filius Eberhardi, in Italia ſe regem facit.*

Berengarius I. Imp. in confirmatione priuilegior. Acutiani ſiue Farfenſis monaſterii in du Chesne *T. III. p.* 670: *In nomine — Berengarius, diuina fauente clementia Imperator Auguſtus — quia — monachi — oſtenderunt nobis praeceptum proaui noſtri Caroli ſereniſſimi Imperatoris, et Ludouici piiſſimi Auguſti filii illius, et Lotharii fratris ipſius, itemque Ludouici eiuſdem Caroli nepotis. — Datum II. Kalend. Iul. anno Dom. Inc.* 920. *Domini vero Berengarii* 28. *regni, Imperii autem V. Indictione VIII. Actum in curte Olonna.*

Eiuſdem praeceptum de libertate monaſterii Caſaurienſis in Hadr. Valeſii notis ad carmen de Laudibus Berengarii in Muratorii *T. II. Script. Ital. p.* 413. *In nomine — Berengarius, diuina fauente clementia Imperator Auguſtus — qualiter monachi cuiusdam monaſterii, in quo almificum beatiſſ. pontificis atque martyris Clementis corpus dignoſcitur eſſe reconditum, vbi Caſa aurea nuncupatur — quod monaſterium Domnus Ludouicus, olim ſereniſſimus Imp. et noſter conſobrinus, a fundamento — infra vrbem Romam —— conſtruxit — data XII. Kalend. Nouembr. anno Dom. inc.* 917. *Domni vero Berengarii piiſſimi regis triceſimo, Imperii autem ſui ſecundo. Ind. V. Actum in Piſcaria.* Ludouicus iſte, quem Berengarius

quater

quater in hoc praecepto conſobrinum vocat, eſt Ludouicus II. Imp. quod oſtendit hiſtoria de fundatione monaſterii Caſaurienſis in du Chesne *T. III. p.* 544.

Gisla in donatione filiis ſuis facta ap. Dacherium l. c. *Placuit mihi in Dei nomine Gislae de rebus, quos — Rex Karolus, meus, ſi dicere audeam germanus — viduitati meae compaſſus — augmentare dignatus eſt - - apud monaſterium fiſci Ciſonii — tradere — ac demum ceteras res a me in Gallis habitatas inter tres infantes meos Rodulfum videlicet, et Berengarium — diuidere. Actum Victreiaco — data XVII. Kal. Maii in indict. I. in anno XXIX. regnante - - Karolo Rege.*

Annaliſta Metenſis ad A. 888. *Carolus Imp. III. — obiit — Igitur quaedam pars Italici populi Berengarium, filium Euerhardi, qui ducatum Foroiulianorum tenebat, regem ſibi ſtatuunt.*

Anno 888. non vero 887. Berengarium inuaſiſſe regnum Italiae docent etiam ſubſcriptiones diplomatum eiusdem. Muratorius *in praefat. in carmen panegyr. Berengarii T. II. Script. Ital. pag.* 373. profert vnam *datam A.* 889. *IV. Id. Septembr. anno regni II*, et alteram, *a.* 894. *IV. Non. Sept. anno regni VII.* Bullarii Caſſinenſis conſtitutio XLV. ſubſcribitur: *Data IV. nonas menſis Martii anno Dom. inc.* 896. *Domini vero Berengarii ſereniſſimi Regis IX. ind. XIV.*

Coronationem Berengarii Romanam a Iohanne X. Papa peractam, ſacra die Paſchatis, quae erat XXIV. Martii A. 916. deſcribit Poeta de Laudibus Berengarii IV. ſub finem, vbi inter alia ita canit:

Mox croceis mundum Lampas Phoebea quadrigis
Luce, Deus qua factus homo proceſſit ab antro
Tumbali, perflat. Populus concurrit ab vrbe
Cernere veſtitum trabea Imperiique corona
Auguſtum. — — —

Eundem annum euincunt huius Imperatoris diplomata e. g. Conceſſio Berengarii Imp. de aedificando caſtello in Bullarii Caſſinenſis *T. II. p.* 40: *Data* 8. *Kal. Iunii anno Dom. incarn.* 916. *Domini vero Berengarii ſereniſſimi Regis* 29. *imperii autem ſui primo, ind. IV.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/87 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Frodoardus in chronico ad a. 924: *Berengarius Italiae Rex a ſuis interimitur.* Caedem deſcribit Liuthprandus Lib. II. hiſt. c. 20. et Lib. III. c. 1. inquit: *Rege Berengario defuncto --- Hungarorum rabies totam per Italiam dilatatur, adeo vt et muros Papienſis ciuitatis vallo circumdaret --- Vſta eſt infelix olim formoſa Papia anno Dom. Inc. 924. IV. Id. Martii Ind. XII. feria VI. hora 3.* Ergo ante d. XII. Martii Berengarius occiſus eſt.

21.) Liuthprandus *in hiſt. Lib. II. c. 15. Berta, Adelberti Tuſcorum --- Marchionis vxor, ------ Ermengardam natam ſuam --- Adelberto Eporegiae ciuitatis Marchioni, Giſila, Berengarii regis filia, Berengarii ſcilicet regis huius matre, defuncta, hymenae conſortio copulauerat.* Et Lib. V. c. 2. *Per idem tempus Berengarius atque Anſcarius, fratres, in Italia clarebant, vno quidem patre, Adelberto ſcilicet, Eporegiae ciuitatis marchione, ſed non vna matre progeniti. Berengarium namque, vt praefati ſumus, Gisla, Berengarii Regis: Anſcarium autem Exmengarda, Andelberti, Tuſciae prouinciae marchionis, quam ex Berta, regis Hugonis F. habuerat, peperit.*

22.) Frodardus in Chronico ad A. 950. in du Chesne T. II. p. 616. *Berengarius, quidam princeps Italiae, veneno, vt ferunt, necato Lothario Rege, Hugonis filio, Rex efficitur Italiae.*

Chronographus Noualicienſis Lib. V. c. 4. in du Chesne T. III. p. 636: *Poſt mortem horum Regum* (Vgonis et Lotharii) *regnauit Berengarius cum filio ſuo Adelberto die Dominica, quae eſt quinta decima die menſis ſc. Decembris in ciuitate Papiae ad ------ S. Michaelis. Sic electi ſunt Reges, vt praeeſſent Italiae, qui inde exientes laureati, cum Willa Vxore ipſius Berengarii Ind. IX.*

Annales Hildeshemenſes ad A. 964. *Iſto anno Berengarius, Rex Longobardorum, obſeſſus in monte S. Leonis, captus et cum vi deductus, vna cum Regina eius inhabitatrice Willa in Baioariam ad caſtellum Bauenberg, ibique nouiſſimum diem praeſentis vitae dimiſit.*

Continuator Reginonis ad A. 966. *Eodem anno Berengarius, quondam Italiae Rex, exul moritur, et in Babenberg regio more ſepelitur.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/88 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

pelitur. Cuius vidua Willa antequam ſepeliretur, ſibi velum ſanctimoniale aſſumſit.

Necrologium Fuldenſe ad A. 966. p. 764: *Berenger II. Non. Auguſt.*

23.) Liuthprandus Lib. IV, c. 4. *Eo tempore Berengarius ille, cuius tyranidem nunc luget tota Italia, Eporegiae Marchio habebatur. Cui Rex Hugo neptem ſuam, nomine Willam, quam ex Willa vxore ſua Boſo, Tuſciae prouinciae Marchio, regis frater, genuerat, coniugem dedit.*

Conf. teſtimonium Continuatoris Reginonis probat. anteced.

24 - - 26.) Continuator Reginonis ad A. 962: *Filii Berengarii Adalbertus et Guido huc illucque incerti vagabantur.* Et A. 965. --- *Quidam ex Longobardis --- ab Imperatore deficiunt, et Adalbertum in Italiam reducunt. Tunc Imp. Burchardum, ducem Alemannorum, in Italiam miſit ------ In quos in prima fluminis Padi egreſſione Adalbertus inſiluit, vbi et frater eius Guido cum aliis, quam pluribus occubuit. Ipſe vero Adelbertus vix fuga euaſit et montana quaedam, vbi Imperatorem lateret, intrauit.*

Arnulphus Medialanenſis Lib. I. geſtorum Med. c. 7. *Gothofredus contra filios Berengarii dimicauit. Quorum Widone interfecto, Conone pactione quieto, Adelbertus caeteris animoſior, diebus vitae omnibus factus eſt in diuerſa profugus.*

Conf. teſtimonium Chronographi Noualicenſis in huius tab. probat. n. 22.

27. et 28.) Liuthprandus Lib. V. c. 15. *Willa Presbyterali magiſterio duas commendarat natas, Giſlam ſcilicet atque Gerbertam.*

Leo Oſtienſis Lib. I. c. 61. *Capta ſunt duae Berengarii filiae atque in Teutonicam terram transmiſſae exilio.*

29.) Vid. teſtimonium Annaliſtae Metenſis in huius tab. probat. num. 5. p. 62.

Anaſtaſius Bibliothec. n. CIV. in Sergio II. p. 170. *Lotharius Imp. Drogonem, Metenſis Eccleſiae Archi-Ep. cum --- Hludouico filio*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/89 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſuo — Romam direxit — quem pontifex in ipſo die Dominico poſt Pentecoſten ſuo cum clero expectauit — Dominico vero die ſequente in eadem Principis Apoſtolorum baſilica — pontifex manibus ſuis ipſum — oleo ſancto perungens regali ac pretioſiſſima coronauit corona, regemque Longobardis praefecit.

Annaliſta Bertinianus ad A. 844. *Lotharius filium ſuum Hludouicum Romam cum Drogone — dirigit — Qui Romam venientes honorifice ſuſcepti ſunt, peractoque negotio Hludouicum pontifex Rom. vnctione in Regem conſecratum cingulo decorauit. A.* 850. *Lotharius filium ſuum Ludouicum Romam mittit. Qui a Leone Papa honorifice ſuſceptus et in Imperatorem vnctus eſt.* A. 872. *Hludouicus Imp. vigilia Pentecoſten Romam venit, et in craſtinum coronatus ab Adriano Papa -- vna cum eo ad Lateranenſe palatium -- equitando coronatus perrexit.*

Annales Fuldenſes ad a. 875. *Menſe Auguſto Rex Hludouicus cum filiis et fidelibus ſuis colloquium habuit in villa Tribure. Interea* Hludouicus *Italiae Imperator* obiit : *cuius corpus translatum Mediolani in baſilica S. Ambroſii ſepultum eſt.*

Excerpta Chronici S. Vincentii de Vulturno in du Cheſne T. III. p. 696. *Tunc idem Imp. Hludouicus defunctus eſt tertio decimo die menſis Auguſti.*

30.) Mabillonius in Itineris Italici T. I. §. 26. p. 210. teſtatur extare in monaſterio S. Sixti Placentia condito ab Angilberga Auguſta, libellum dotis, *quo Ludouicus II. Imp. Angilbergae ſponſae iuxta legem Francorum dotalitio nomine dedit curtem iuris ſui, quae dicitur Campo Milliaco, cum omnibus Adiacentiis. Dat. III. Non Octobr. anno imperii ſui ſecundo* (A. C. 856.) *Actum Maringo curta regia.*

Inter epiſtolas Iohannis VIII. Papae extant aliquot *ad Angilbergam Imperatricem, diuae memoriae quondam Domini Ludoui piiſſimi Imperatoris coniugem,* it. *Eximperatricem, Deo dicatam,* quae ſunt inter epiſtolas ſummorum Pontificum ad Principes et Reges Francorum ſubjunctas a du Cheſne T. III. ep. 16. 24, 29, 30.

Anna-

Annales Bertiniani ad A. 866. *Ludouicus Imperator vna cum vxore ſua Ingilberga in Beneuentum contra Saracenos mouit.*

31.) Mabillonius l. c. p. 209. ex archiuo coenobii S. Sixti Placentino produxit excerpta diplomatis Ludouici II. Imp. *quo concedit vxoris ſuae Angilbergae, varia bona, ea conditione, vt ſi praedicta Angilberga ante filiam ſuam Hermengardem obierit, in ipſa loca filia ſua ſuccederet. Dat. III. Id. Octobr. Ind. 8. anno imperii XXV. ap. Olonnam curtem imperialem* (A. C. 872.)

Annaliſta Bertinianus ad 869. *Baſilius Imp. — patricium ſuum ad Bairam cum CCCC. nauibus miſerat, vt et Ludoico contra Saracenos ferret ſuffragium, et filiam ipſius Lodoici a ſe deſponſatam de eodem Ludoico ſuſciperet, et illi in coniugio ſibi copulandam duceret; Sed quadam occaſione interueniente diſplicuit Ludoici dare filiam ſuam Patricio.* A. 876. *Boſo, poſtquam Imperator ab Italia in Franciam rediit, Berengarii, Euerardi filii, factione, filiam Hludouici Imp. Hirmingardem, quae apud eum morabatur, iniquo conludio in matrimonium ſumſit.* Et A. 879. *Boſo perſuadente vxore ſua, qui nolle viuere ſe dicebat, ſi filia Imperatoris Italiae, et deſponſata Imperatori Graeciae, maritum ſuum regem non faceret, partim comminatione conſtrictis, partim cupiditate illectis — — Epiſcopis illarum partium perſuaſit, vt eum in regem vngerent et coronarent.*

Acta conuentus Mantalenſis de electione Boſonis Regis A. C. 879. Idibus Octobris vid. in du Chesne *T. II. p.* 480.

Annales Fuldenſes ad A. 887. *Mortuo Buoſone paruulus erat ei filius de filia Hludouici Italici Regis.*

Necrologium Viennenſe vetus: *D. III. Idus Ianuarii, octauo anni regni ſui, obiit Boſo, R. Burgundiae.*

32.) Vid. Teſtimonium Annaliſtae Bertiniani de h. a. in huius tabulae probat. n. 4. p. 61. Idem A. 856. *Proceres quondom Lotharii filium eius Lotharium Regem Franciae etiam ſacra ratione conſtituunt — Ludoicus Imp. Italiae, et Lotharius frater eius, Rex Franciae, cum Karlo puero germano ſuo apud Vrbam conueniunt. Vbi adeo*

pro

pro regni paterni portionibus diſſident, vt pene armis inter ſe decernant. Et ad A. 866. *Lotharius --- Roma laetus promouens, vsque Lucam ciuitatem venit, vbi febre corripitur -- et vsque Placentiam VIII. Idus Auguſti peruenit. Ibique Dominica die ſuper diurnans, circa horam nonam inopinate pene exanimis effectus eſt, et obmutuit, atque in craſtinae hora diei ſecunda moritur.*

Charta Lotharii II. Regis, qua A. 858. Bergenſe Monaſterium prope Ruraemondam attribuit Canonicis eccleſiae cathredalis Vltraiectenſis in Miraei Donat. Belgic. c. 12: *In nomine -- Lotharius, diuina prae ueniente gratia Rex -- ob remedium animae aui noſtri, et piae memoriae genitoris noſtri Lotharii, quondam Auguſtorum, nec non genitricis noſtrae Hermingardae -- Data IV. Nonas Ian. anno - regni D. Lotharii -- tertio, indict. VI. Act. Prumia monaſterio.*

Regino Lib. II. Chron. ad a. 869. *Lotharius Roma egreſſus, morbo corribitur et Placentiam perueniens, diem clauſit extremum VI. Idus Auguſti.*

Chronicon Andegauenſe ad A. 868. *Lotharius moritur Placentiae, atque in monaſterio S. Antonini ſepelitur.*

33.) Annaliſta Metenſis ad A. 856. *Lotharius Iunior Tiebergam reginam ſibi in matrimonium iuuxit. Ex qua coniunctione maxima ruina non illi ſolum, ſed etiam omni regno eius accidit.* A. 859. *Lotharius Hucberto Abbati Ducatum inter Iuram et montem Iouis commiſit, eo quod tunc fideliſſimus putaretur, vtpote affinitate coniunctus propter ſororem Tiebergam.* It. A. 864. *Lotharius Rex coepit occaſiones quaerere, qualiter Tiebergam Reginam a ſuo conſortio ſeparare potuiſſet, exoſam habebat propter Walpradam, quae eius fuerat concubina, cum adhuc adoleſcens eſſet in domo paterna.* A. 866. *Arſenius Epiſcopus --- vice Nicolai Pacae directus eſt in Franciam --- qui --- Lotharium rtgem alloquitur, vt vnum e duobus eligat, aut propriae reconcilietur vxori, abdicato Waldradae pellicis conſortio, aut protinus anathematis gladio feriretur -- Hac neceſſitate conſtrictus vellet, nollet, Tibergam reginam in matrimonium recepit. --- Poſt haec Legatus Apoſtolicae ſedis — Roman reuer-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/92 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

reuerſus eſt. Rurſum Waldrada---Regis animus aduerſus Tiebergam commouetur.--- ---Deſpicitur, abominatur, reiicitur.---

Videantur Hincmarus Remenſis *de diuortio Lotharii et Tietbergae T. I. Opp.* et Nicolai Papae I. variae in hac cauſa epiſtolae cum Actis Conciliorum trium Aquisgranenſium in Harduini *Concil. T. V.* et in T. III, du Chesne, vbi in commonitorio iſtius Papae legatis ſuis dato p. 320. Theutberga dicitur *filia Boſonis*, et ibidem in eiusd. ep. LI. p. 276. defendit Pontifex Theutbergam reginam de obiecta ſterilitate his verbis: *Porro ſi ſterilitas accuſatur, cogita Saram nonagenariam, Annam ſimul, quoque et Eliſabeth. Quam taman ſterilitatem fortaſſe non facit infecunditas, ſed iniquitas.*

34.) Annales Bertiniani ad A. 862. *Lotharius Vualdradam concubinam, maleficis, vt ferebatur, artibus dementatus, et ipſius pellicis, pro qua vxorem ſuam Theotbergam abiecerat, coeco amore illectus, fauentibus ſibi Luitfrido auunculo ſuo --- quod nefas dictu eſt, quibusdam etiam regni ſui Epiſcopis, coronat, et quaſi in coniugem et Reginam ſibi, amicis dolentibus atque contradicentibus, copulat.*

Annales Metenſes ad A. 866. *Nicolaus Papa --- Waldradam in baſilica S. Dei genitricis ipſo die purificationis eius excommunicauit.*

Annales Bertiniani ad A. 868. *Alteram epiſtolam Adriani Papae de abſolutione Vualdradae ad Epiſcopos regni ipſius Caroli detulerunt. Abſolutio autem ipſius Vualdradae ea conditione facta eſt, vt Hlothario nullo pacto cohaereat.*

35.) Annales Bertiniani ad A. 868. *Lotharius filio ſuo de Waldrada, Hugoni, Ducatum Elizatium donat, eumque Hludouico commendat.*

Regino Lib. II. ad. A. 883. *Circa haec tempora Hugo, filius Lotharii, in ſpem recuperandi paterni regni ab aliquibus diſcordiarum --ſectatoribus introducitur;* et ad A. 885. *Hugo-- ad Gundulfi villam promiſſionibus attractus, dolo capitur, et iuſſu Imp. Caroli ſc. Craſſi--- ---ei oculi eruuntur--- poſt haec in Alemannia in monaſterium S. Galli mittitur, inde poſtea in patriam reuocatur. Nouiſſime tem-*

poribus Zundibolchi regis in Prumia monaſterio manu mea attonſus eſt -- vbi non poſt multos annos moritur et ſepelitur.

36.) Regino Lib. II. ad A. 883. *Hoc etiam tempore idem Hugo Bernarium, nobilem virum, ſibique fideliſſimum, dolo trucidare iuſſit, pulchritudine illius captus vxoris, quam abſque momento in matrimonium iungit. Vocabatur autem mulier Friderach.*

37.) Regino Lib. II. ad A. 883. *Rex Godefridus Normannorum ea conditione Chriſtianum ſe fieri pollicetur, ſi ei munere Regis Friſia prouincia concederetur, et Gisla, filia Lotharii, in vxorem daretur. Quod, vt optauit, adeptus, baptizatus eſt.* Et ad A. 885. *Hugo rebellare diſponens contra Imperatorem, legatos ad Godefridum in Friſiam occulte dirigit, eo, quod illi eſſet affinitate coniunctus, propter ſororem, quam in coniugium acceperat.*

38.) Aimoinus Lib. V. de geſtis Fr. c. 40. *In placito ap. Gundolfi villam communi conſenſu inuentum eſt, vt ipſi Reges, Ludouici quondam filii — Hugonem, Lotharii Iunioris filium, impeterent. Quo venientes, quia Hugonem non invenerunt, ſororium illius Theobaldum bello aggreſſi ſunt.*

Fundatio abbatiae S. Petri ſecus muros Viennae Ciuitatis in Bouchei T. I. Hiſt. Prouinciae p. 935: *Ego Hugo humilis Comes et Marchio -- adiicientis memoriale patris mei Teutbaldi, et matris meae Berthae, ſimul et vxoris quondam meae Willae, nec non et praeſentis Coniugis meae Hildae.*

Liuthprandus Lib. I. c. 10. *Adelberto, illuſtri Tuſcorum Marchioni, erat vxor nomine Berta, Hugonis poſt noſtro tempore Regis mater.* Et Lib. III. c. 4. *Quo tempore* (cum Hugo, Arelatenſium ſeu Prouincialium Comes, fieret Rex Italiae A. C. 926.) *Bertha, matre Hugonis, mortua, Wido filius eius, quem ex Adelberto genuerat, Tuſciae Marchiam tenebat.*

Eius ſepulturam in templo cathedrali Lucenſi teſtatur Florentinius *in Comment. de rebus Mathildis Lib. III. c.* 38.

39.) Vid. teſtimonium Annaliſtae Bertiniani in Tabulae hui. probat. n. 4. p. 61. Idem ad A. 856. *Ludoicus, Imp. Italiae, et Lotharius frater*

frater eius, Rex Franciae, cum Karlo puero, germano ſuo, apud Vrbam conueniunt -- Karlo tamen, fratri ſuo, Prouinciam et ducatum Lugdunenſem, iuxta paternam diſpoſitionem, diſtribuunt: eripientibus eum a fratre Lothario et eius optimatibus, qui illum moliebatur in clericum tonſurare. Et ad A. 863. *Carolus, Lotharii Imp. F. et Rex Prouinciae, diu epeleutica infirmitate vexatus, moritur.*

Ado Viennenſis in Chronic. ad A. 865. p. 231. *Ludouicus Imp. mortuo fratre ſuo Carolo minore et Lugduni ſepulto in monaſterio S. Petri, in eccleſia S. Mariae, cum fratre Lothario regnum fratris mortui partitur. Accepit autem partem Transiurenſis Burgundiae ſimul et Prouinciam: reliquam partem Lotharius rex ſibi retinuit.*

40.) Annaliſta Fuldenſis et Metenſis ad A. 846. *Gislebertus quidam, miles Karoli, filiam Lotharii imperatoris rapuit, et in Aquitaniam profectus in coniugem accepit. Ludouicus ad Occidentem profectus, menſe Martio cum Karolo placitum habuit, in quo vterque eorem publice conteſtatus, eſt, ſuae non fuiſſe voluntatis, quod Gislebertus filiae Lotharii iungeretur.* Et ad A. 848. *Ludouicus — legatos ſuos ad Patrem ſuum Lotharium pro Gisleberto, qui eodem anno ad fidem venerat, reconciliationis gratia direxit.*

41.) Hadrianus Papa in epiſt. ad Carolum R. in du Chesne T. III. p. 853. *Literis — de Helletrude, Berengarii Comitis quondam relicta, nobis pernotuit, Hlotarii videlicet Regis preſſuris annihilatam — quoniam non ſolum praedia a genitore ſuo Hlothario Imp. per teſtamentum ſuſtulit.*

42.) Vid. huius Tabulæ probatio n. 6. p. 61.

PROBATIONES
AD TABVLAM VI.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) DIploma Ludouici Germanici, quo Herifordenſe collegium prouiſioni Abbatis Corbeienſis demandatum, in Paullini

Diſſ. Hiſt. II. §. 3. p. 18. In nomine — Hludouicus, diu. fauente gratia Rex — — petiit celſitudinem noſtram recordari, quod p. m. genitor noſtro Hludouicus Imperator ambo haec monaſteria exſtrui iuſſit — et eccleſiam Eresburg, quam auus noſter Karolus primo exſtruens — Dat. XI. Kl. Iunii anno XX. regni glorioſiſſimi Hludouici in Orientali Francia regnantis indict. I. in palatio regio Franconoford.

Videatur in Tab. V. probatione n. 4. teſtimonium Eginharti de A. 817. p. 61.

Charta monaſterii Altaich in Hundii *metrop. Salisburg. T. II. p. 12. Ludouicus diuina fauente gratia Rex Baioariorum — Datum prid. Non. Oct. anno Chriſto propitio decimo ſeptimo Regalis Imperii Domini Ludouici ſereniſſimi Aug. an. V. regni noſtri indict. IX. Actum in Regenſpurch.*

Annales Bertiniani ad A. 843. *Carolus ad condictum fratribus obuians, penes Virodanum coniungitur, vbi diſtributis portionibus Hludouicus vltra Rhenum omnia, citra Rhenum vero Nemetum, Vangium, et Moguntiam ciuitates pagosque ſortitus eſt.* Et ad A. 876. *Imp. Carolo — nunciatum eſt — Hludouicum Regem in Franconofurt palatio V. Kalendas Septembris obiiſſe et IV. Kalendas eiusdem menſis in monaſterio S, Nazarii ſepultum fuiſſe.*

2.) Charta, qua Ludouicus Rex Theoderico Comiti donat Wasdam in Miraei *Codice donationum piarum c. 23. Lothovvicus Dei gratia Rex — notum ſit, quoe dilecta coniux noſtra Hemma Regina — humiliter deprecata eſt, Datum Id. Apr. regnante Domino Lothovvico anno XIV. Ind. 14.*

Regino ad a. 876. *Habuit hic glorioſiſſ. Rex Ludouicus reginam, nomine Hemmam, ſibi in matrimonium iunctam, quae nobilis genere fuit, — ex quo tres filios ſuſcepit — videlicet Carolomannum, Ludouicum, et Carolum, qui felici ſorte poſt diſceſſum patris imperii moderati ſunt gubernacula.*

Annaliſta Fuldenſis ad A. 876. *Hemma Regina obiit apud Radasbonam, Baioariae ciuitatem, ſepultaque eſt in eccleſia S. Emmeramni martyris.*

Diplo-

Diploma Caroli Craſſi in Hundii metrop. Salisb. T. I. p. 245. *Carolus diu. fauente clementia Imperator Auguſtus — qualiter nos monaſterium B. Virginis -- Mariae in ciuitate Ratisb. quod dicitur Oberen Munſter, quod piae memoriae genetrix noſtra Hemma regina, a Baturicho Ratisp. Epiſcopo ſolenni - - concambio recepit, vbi ipſa corporaliter ſepulta requieſcit -- in noſtrae - - defenſionem ſuſcepimus. -- Data XIV. Kalend. Marcii Anno Dom. incarn.* 886. *anno Imperii piiſſimi Imp. Caroli in Italia VI, in Francia V, in Gallia II. Actum in villa, quae Rotuile vocatur.*

Idem Hundius contentionem inrer Emmeranos et moniales ſup. Monaſterii de ſepultura Hemmae Reginae ita componit T. II. p. 361. vt ſtatuat Hemmam primo ap. S. Emmeranum ſepultam, poſtea ad Monaſterium ſuperius, locum nouae ſuae plantationis, translatam eſſe, quod ſaepe contingit.

3.) Annales Fuldenſes ad A. 858. *Carlmannus filiorum Regis maximus res nouas molitus eſt.* Ad A. 877. *Karlmannus optimates Italiae ad ſe venientes ſuſcepit, et diſpoſita, prout voluit, regione reuerſus eſt in Baioariam.* Ad A. 879. *Karlmannus graui detinebatur infirmitate. Nam paralyſis morbo correptus, vſum loquendi amiſit.* Et ad A. 880. *Karlmannus frater Hludovvici et Karoli XI. Kal. April. obiit.*

Regino ad A. 876. *Poſthaec* (nempe ſtragem VIII. id. Octobr. Carolo Caluo illatam) *conuenerunt tres fratres in loco qui dicitur Saulifeld ibi diuiſerunt paternum regnum. Carolomannus ſortitus eſt Baioariam, Pannoniam, et Carnutum - - nec non et regna Sclauorum Beheimenſium et Marahenſium.* Et ad A. 880. *Carolomannus rex paralyſi diſſolutus diem clauſit extremum -- -- ſepultusque eſt cum debito honore in Baioaria, in loco qui dicitur Hodingas.* De ſepultura eius in Oetingenſis veteris collegii templo vid. Hundius *in metropolis Salis ab T. III. p.* 59.

Subſcriptio diplomatis Carolomanni in Rettenpacheri Lib. I. Annal. Cremifanenſium c. 9. p. 35. *Datum III. Non. Decembri anno, Chriſto propitio ſecundo regni Domini Karlomanni, inuictiſſimi Regis*

gis in Wavvaria, et primo in Italia Indict. X. Actum ad Oettingas, et p. 36. *Dat. 4. Id. Febr. anno tertio regni Karlomanni ſereniſſimi regis in Wavvaria, in Italia ſecundo Indict. XI. Actum ad Oetting.*

4.) Diploma in Gewoldi addit. ad Hundii T. III. metrop. Salisb. p. 61. *Carolomannus diuina fauente gratia Rex — pro redemtione animae noſtrae, ac coniugis, parentumque noſtrorum, quasdam res proprietatis noſtrae in partibus Carentaniae — ad S. Maximil. — tradidimus — Data V. Id. ſept. Anno Chriſto propitio tertio regni Domini Carolomanni piiſſimi Regis iu Baioaria, et primo in Italia, Ind. XI. Actum Ranhersdorf.*

Regino ad A. 880. *Carolomanno ex legitimo matrimonio non eſt nata ſoboles propter infoecunditatem coniugis.*

Annales Bertiniani ad A. 861. *Carolomannus, Ludouici, Germaniae Regis, F. cum Reſticio, Vuinidorum Regulo, foederatur, a patre deficit — Hlodouicus ſocerum Karlomanni filii ſui Arnuſtum honoribus priuat, et nepotes ipſius a regno ſuo expellit.*

5.) Regino ad A. 880. *Carolomannus ex quadam nobili femina filium elegantiſſimae ſpeciei ſuſcepit, quem Arnulphum nominari iuſſit, ob recordationem reuerendiſſimi Arnulphi Metenſis, de cuius ſancto germine ſua aliorumque germanorum Francorum proſapia pullulauerat.*

Regalis conceſſio de Moſpurg in Gewoldi addit. ad Hundii metrop. Salisb. T. II. p. 504. -- *Arnulfus, diuina fauente clementia Rex — pro — Carolomanni, clari patris noſtri, animae remedio — Monaſterium Moſpurg nuncupatum — poſt obitum dilectae matris noſtrae Ludswiridae — conceſſimus — Data XIII. Cal. Aug. Anno inc. Dom. 895. Indict. 13. anno VIII. regni Dni Arnolfi.*

6.) Regino ad A. 876. p. 57. *Venerunt tres ſupra dicti fratres in loco, qui dicitur Saulifelt, ibi diuiſerunt paternum regnum — — Ludouicus ſortitus eſt orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, et partem regni Lotharii;* Ad A. 880. *Ludouicus comperto, quod frater Carlmannus obiiſſet, Baioariam ingreſſus Ratisbonam venit, vbi omes optimates regni ad eum confluentes, eius ditioni ſe ſubdiderunt.*

Con-

TABVLA VI.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) LVDOVICVS, *vulgo* Germanicus, *F. Ludouici Pii Imp. ex Hermingarde*, ſecundum Tab. V. n. 14. *Rex Baioriae A.* 817, *et totius Franciae Orientalis ſiue Germaniae A.* 843. † *A.* 876. *d.* 28. *Aug. ſep. in monaſterio Laureshammenſ.* p. 75.

2.) *Vxor*: Hemma, † *A.* 876. *ſep. Ratisbonae ap. S. Emmeran. translata deinde in monaſterium ſuperius ibid.* p. 76.

3.) CAROLOMANNVS,
Rex Baioariae A. 876. *menſ. Nouembr.* † *A.* 880. *d.* 22. *Martii, ſep. in templo Otting. vet.* p. 77.
4.) I. *Vxor*: Anonyma, *F. Arnuſti.* p. 78.
5.) II. *Concubina*: Ludsvvirida, *A.* 895. p. 78.

II.
16.) ARNVLFVS,
Dux Carentanus. A. 880. *Rex Germaniae m. Nouembr. A.* 887. *Imperat. Rom. coronat. A.* 896. † *A.* 899. *d.* 29. *Nouembr. ſep. ap. S. Emmeran. Ratisbonae.* p. 82.
Vxor: 17.) I. Ota, *A.* 898. p. 83.
Concubina: 18.) Ellinrat, *vixit adhuc A.* 913. p. 83.

19.) LVDOVICVS
nat. A. 893. *Rex Germaniae A.* 900. † *A.* 911. *d.* 20. *Iunii, ſep. ap. S. Emmeran. Ratisbonae.*
VLTIMVS CAROLINGORVM in Germania, p. 83.

II.
20.) Zvventeboldus,
Rex Lotharingiae A. 895. † *A.* 900. *d.* 13. *Aug.* p. 84.
Vxor.
21.) Oda, *Filia Ottonis Comitis, que ſecundis nuptiis duxit* Gerardum *Comit. A.* 900. p. 84.

II.
22.) Ratoldus,
praeeſt Italiae A. 895. p. 85.

II.
23.) Filia anonyma,
rapta ab Engilſchalco *A.* 893. *poſtea Marchionae orientali.* p. 85.

6.) LODOVICVS II.
Rex Franciae Orient. A. 876. *menſ. Nouembr.* † *A.* 882. *d.* 20. *Ianuar. ſep. in monaſterio Laureshеimenſ.* p. 78.
Vxores: 7.) I. Filia Adalardi, Com. *deſponſata A.* 865. p. 79.
8.) II. Liutgardis, *F. Ludolphi, D. Saxoniae, ex Oda,* † *A.* 885. *d.* 30. *Nou. ſep. Aſchaffenburgi.* p. 79.

9.) Ludouicus,
periit paruulus Ratisbonae A. 880. p. 80.

10.) Hildegardis,
detruſa in monaſt. Chiemſee A. 894 *poſtea vero liberata.* p. 80.

11.) Hugo, *ex pellice,* † *A.* 879. p. 80.

12.) CAROLVS III. *vulgo* Craſſus,
Rex Alamanniae A. 876. *Italiae et Imp. coronat. Rom. A.* 880. *d.* 25. *Decembr. Rex Germaniae A.* 882. *Galliae A.* 884. *exauctoratus d.* 11. *Nouembr. A.* 887. † *A.* 888. *d.* 12. *Ianuar. in Augia monaſt. ibidemque ſep.* p. 80.
Vxores: 13.) I. Filia Ercangari, *Comitis A.* 862. p. 81.
14.) II. Richardis, *copulata A.* 877. *ſecedens A.* 887. *in monaſt. Andelauienſe.* p. 81.

15.) Bernhardus, *ex Concubina A.* 885. *et* 87. p. 82.

Continuator Annalium Fuldenſium in Lambecii Comment. de Biblioth. Vindob. Lib. II. c. 5. ad A. 882. *Stella Cometes Kal. Februarii prima hora noctis apparuit, comas ſuas ſupra modum ſpargens, et rem infauſtam, quae cito ſecuta eſt, ſua apparitione praemonſtrans. Nam Hludouicus, inualeſcente morbo XIII. Kal. eiusd. menſis diem vltimum clauſit, cuius corpus translatum, et in monaſterio S. Nazarii, quod dicitur Laureſham, iuxta patris ſui tumulum ſepultum eſt.*

7.) Annaliſta Bertinianus ad A. 865. *Hludouici Germanorum Regis filius aequiuocus contra patris voluntatem filiam Adalardi deſpondit, vnde ſatis patris animum offendit. Carolus* (Caluus) *obuiam fratri ſuo Hludouico, eius conloquio fruiturus, Coloniam pergit, et in talia conlocutionum ſuarum verba patrem et filium de iam dicta praeſumtione pacificat, ea conditione, vt iam vltra Adalardi filiae non copuletur.*

8.) Hroswitha in carmine de conſtruct. Gandersheim. in Leuckfeldii *antiqu. Gandersh. c. XXX. p. 19. et* T. Leibnitii *Script. Brunſu. T. II. p.* 325.

Ergo ſui natam, Lutgardae nomine dictam,
Nutu clementis Regis praeſtante perennis
Elegit clarus Francorum Rex Ludouicus
Regni conſortem ſibimet, ſociamque perennem.

Donatio Ludouici II. Regis facta Walthero, Abbati Laurishamenſi ſuper Aberinesburg A. 882. in Tolneri *Cod. dipl. Palat. n. XII. p.* 10. *Hludouicus, diuina fauente gratia Rex — notum eſſe volumus — qualiter nos — res proprietatis noſtra concedimus ad monaſterium dictum Laureſham — hoc eſt — locum quendam, qui nominatur Aberinesburg, ſicut ipſum cariſſimae coniugi noſtrae Liutgardi huc vsque praeſtitum habebamus — — Data* 15. *Kl. Febr. A. Dom. inc.* 882. *Ind. X. anno VI. Hludouici — Actum Franconofurt.*

Annaliſta Saxo Eccardinus ad a. 885. *Liutgardis regina obiit II. Kal. Decembris, in Aſcafaburch honorifice condita iacet.*

Excerpta

Excerpta necrolog. Fuldenſ. in *Leibnitii T. II. Script. Brunſu. p. 762. D CCC LXXXV. Luitgar Regina.*

9.) Regino ad a. 882. *Ludouicus rex — habuit Luitgardam reginam in matrimonium copulatam, ex qua filium vnicum ſuſcepit, quem nomine ſuo Ludouicum appellauit. Sed (vt praemiſimus* ſc. ad a. 880.) *poſt obitum fratris ad obtinendum regnum eius, Baioariam ingreſſus, cum Ratisbonae moraretur, idem puerulus de feneſtra cecidit, et confractis ceruicibus ſtatim expirauit, quae non tantum immatura, ſed inhoneſta mors, non ſolum regi et reginae, verum etiam omni domui regiae, maximum luctum ingeſſit.*

10.) Regino ad a. 894. *Per id tempus Hildegardis, filia Ludouici regis, fratris Carolomanni et Caroli, a quibusdam coram Arnolpho accuſata, regiis poſſeſſionibus priuatur, et priuata in exilium deſtinatur, in monaſterio puellarum, quod Chemiſſem dicitur: ſed non multum poſt temporis in gratiam rediit, et ſua ex maiori parte recepit.*

11.) Regino ad a. 879. *Ludouicus cum in regnum reuerteretur* (ex regno Lotharii) *repente obuiam habuit Nortmannorum innumeram multitudinem, iuxta Carbonariam, in loco, qui vocatur Thimnin — cum quibus absque mora conflixit — vbi Hugo, filius, ex pellice natus, cum incautius dimicaret, grauiter vulneratus ab hoſtibus rapitur, et inter aduerſariorum arma cecidit.*

12.) Caroli Craſſi donatio facta A. 884. monaſterio Laurishaimenſi in Tolneri *Cod. dipl. Palat. n. XIII. p.* 11. -- *Karolus diuina fauente clementia Imperator Auguſtus -- omnium -- fidelium -- comperiat manſuetudo, qualiter nos pro remedio animarum piae recordationis genitoris noſtri Hludouici, nec non et kariſſimi fratris noſtri Hludouici, glorioſiſſ. regum, ad monaſterium, quod vocatur Laureſham, vbi -- et praefati Reges humati habentur. -- Datae III. Id. Iunii anno ab incarn. Domini* 884. *ind. II. anno vero regni Domini Karoli Aug. VIII. Imperii autem IV. Actum Wormatiae.*

Regino ad a. 876. *Venerunt tres ſupra dicti fratres in loco, qui dicitur, Saulifeld, ibi diuiſerunt paternum regnum -- porro*

Carolus

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/102 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Carolus Alemanniam, et aliquas ciuitates ex regno Lotharii accepit. Ad a 881. *Carolus de Alemannia egreſſus, Longobardorum fines occupauit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit, et Romam perueniens a praeſule Apoſtolicae ſedis Ioanne, et ſenatu Rom. fauorabiliter exceptus, cum magna gloria Imperator creatus eſt.*

Annales Bertiniani A. 880. *Karolus — in Italiam perrexit, indeque Romam veniens a Ioanne Papa ſe in die natiuitatis Chriſti in Imperatorem conſecrari obtinuit.*

Annaliſta Metenſis ad a. 884. *Carolomannus venatum perrexit vbi et ab apro grauiter vulneratus poſt modicum vitam cum regno amiſit ſepultusque eſt ap S. Dionyſium. — Territi Normannorum mandatis optimates regni, ad Carolum Imperatorem miſſos dirigunt, eumque vltro in regnum inuitant, eique aduenienti ad Gundulphi villam obuiam procedunt, et manibus ſacramentisque iuxta morem datis, eius ditioni ſe ſubiiciunt.* Et ad a. 887. *Imperator corpore et animo coepit aegrotare. Menſe itaque Nouembri, circa tranſitum S. Martini, Triburias venit, ibique conuentum generalem conuocat. Cernentes vero optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi ſenſus ab eo diffugere, Arnulfum, filium Carolomanni, vltro in regnum attrahunt, et ſubito facta conſpiratione ab Imperatore deficientes ad praedictum virum certatim tranſeunt, ita vt in triduo vix aliquis remaneret, qui ei ſaltem officia humanitatis impenderet.* Et ad a. 888. *Carolus, Imperator tertius huius nominis et dignitatis, obiit pridie Idus Ian. ſepultusque eſt in Augea monaſterio.*

13.) Annaliſta Bertinianus ad a. 862. *Ludouicus, relicto in patria filio Carolo, quoniam nuper vxorem, Ercangarii Comitis filiam, duxerat, Ludoicum filium ſuum ſecum ducens, aggreditur Vuinedos.*

14.) Annaliſta Metenſis ad. a. 887. *Imp. Carolus primo quidem Luduuardum, Ep. Vercellenſem — obiecto adulterii crimine, eo quod reginae ſecretis familiarius, quam oportebat, immiſceretur, a ſuo latere cum dedecore repulit. Deinde paucis interpoſitis die-*

 bus

bus coniugem Riggardem, ſic enim Auguſta vocabatur, pro eadem re in coucionem vocat, et, mirum dictu, publice proteſtatur, nunquam ſe carnali coitu cum ea miſcuiſſe, cum plusquam decennio legitimi matrimonii foedere eius conſortio eſſet ſociata.

Hermannus Contr. Caniſianus ad a. 887. *Richardis a marito ſeparata in Andelahenſe coenobium virginum a ſe conſtructum receſſit, ibique ſedula in diuino ſeruitio virgo regina permanſit.*

15.) Annaliſta Lambecianus ad. a. 885. Lib. II Comment. Biblioth. Caeſ. c. 5. p. 355. *Imp. cum ſuis ap. Franconofurt, colloquium habuit, miſſisque Romam nunciis Hadrianum pontificem inuitauit iu Franciam. Voluit enim, vt fama vulgabat, quosdam epiſcopos irrationabiliter deponere, et Bernhartum, filium ſuum ex concubina, haeredem regni poſt ſe conſtitucre.*

Annaliſta Metenſis ad a. 887. *Carolus — ex imperatore effectus egenus — dirigit etiam ad Arnulfum Bernardum, filium, quem ex pellice ſuſceperat, cum exeniis, eumque eius fidei commendat.*

16.) Videantur teſtimonia ad n. 5. huius tabulae, p. 78. et Annaliſta Metenſis ad a. 887. in n. 12. p. 81.

Annaliſta Metenſis ad a. 880. *Ludouicus* (II.) *conceſſit Arnulfo Carentanum, quod ei pater iam pridem conceſſerat, in quo ſitum eſt caſtrum munitiſſimum, quod Moſaburch nuncupatur.*

Annaliſta Fuldenſis ad a. 896. *Apoſtolicus Formoſus paterno amore diligendo Regem Arnolfum — ad baſilicam B. Principum Apoſtolorum laetificando introduxit, et ſecundum morem anteceſſorum ſuorum Imperiatium conſecrationem capiti ſibi imponens, Caeſarem Auguſtum appellauit.*

Priuilegium Arnulfi. Imp. Aretiatino monaſterio prope Cluſium datum in Vghelii Italiae ſacrae T. III. p. 30. *Arnulfus, diuina fauente clementia Imp. Auguſtus — — Dat. --- Kalendas Martii anno incarn. Dom, 896. ind. XIV. anno in Francia nono, in Italia tertio.*

Annales Metenſis ad. a. 899. *Circa confinia memorati anni Arnulfus Imperator migrauit a ſeculo III. Kal. Decembris,*

Annales Fuldenſes ad a. 900. *Imp. vrbe Radispona moritur, et ho-*

et honorifice in domo Emmerammi, martyris Chriſti, a ſuis ſepelitur.

17.) Diploma Friſingenſe Arnolfi Imp. in Gewoldi addit. ad Hundii metrop. Salisb. T. I. p. 128. *Arnolfus, diuina fauente clementia Imp. Auguſtus -- omnium -- fidelium noſtrorum -- cognoſcat induſtria, qualiter admonitionibus -- dilectae coniugis noſtrae -- Data Idus Decembr. A. Dni 898. indict. I. Anno -- piiſſimi regis Arnolfi XI. Imperii vero III. Actum ciuitate regia.*

Annales Fuldenſes ad a. 898. *Tum multis temporibus in auditum ſcelus, et, quod non oportuit, facinus de Regina Ota diuulgatum eſt, id eſt, vt corpus ſuum in latebroſo ac iniquo manciparet coniugio. Quod ipſum Radaspona vrbe, menſe Junio, iuxta primorum praeſentium iudicium LXXII. iurantibus definitum comprobatur.*

18.) Hundius in metropol. Salisb. T. II. p. 566: *Ellinrat, matrona, concubina Arnulphi Imp. tradidit S. Haimerano, in manus Tutonis Epiſcopi et aduocati ſui Imonis, proprietatem ſuam, i. e. Capellam in Ergoltinga, cum aliis duabus eccleſiis, cum decimis et manſis etc. Confirmat Conradus Rex -- Datum A. 913. anno glorioſiſſ. Regis Conradi III, actum ad Forchaim.*

19.) Annales Fuldenſes ad a. 893. *Rex Arnulfus in Baioria ad regiam Curiam Otingam reuerſus eſt -- de qua ei non multum poſt filius naſcebatur, quem Hado Mogonciacenſis, Archi-Ep. et Adalpero Auguſtae Vindel. Ep. ſacro fonte baptiſmatis chriſmantes nomine, aui ſui Hludouicum appellant.*

Charta Friſingenſis in Gewoldi addit. ad Hundii metrop. Salisb. T. I. p. 130. *Ludwicus, diuina fauente clementia Rex -- curtem quandam, Veringa nuncupatam, cum pertinentiis ſuis, quam venerabilis mater noſtra, Ota, tali tenore a beato genitore noſtro Arnolfo, Caeſare Aug. obtinuiſſe conſtat, et -- in manu regalitatis noſtrae reddiderat -- ad fatam eccleſiam -- delegamus -- Data IV. non. Octobr. anno inc. Dom. 892. ind. VII. anno vero regni piiſſimi regis Ludvvici IV. Actum Regina.*

Annales Fuldenſes ad A. 900. *Ludouicus, filius Imp. Arnolfi,*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/105 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

qui vnicus tunc paruulus de legali vxore natus illi erat, in regnum ſucceſſit.

Annales Metenſes ad a. 900. *Proceres et optimates, qui ſub ditione Arnulfi fuerant, ad Foracheim in vnum congregati, Ludouicum filium praefati Principis, quem ex legitimo matrimonio ſuſceperat, Regem ſuper ſe creant, et coronatum, regiisque ornamentis indutum, in faſtigio regni ſublimant.*

Hermannus Contr. Caniſianus ad A. 911. *Ludouicus Rex adoleſcens moritur, et Ratisponae ſepelitur*, in choro nempe monaſterii S. Emmerani, vti teſtatur du Chesne T. II. Script. Franc. p. 585.

Albericus ad a. 912. *Ludouicus, Rex Germaniae moritur XII. Kalend. Iulii, qui propter tyrannorum in Italia inſolentiam, et multam malorum ingruentiam, non meruit imperialem benedictionem.*

Witichindus annal. Lib. I. p. 634. *Vltimus vero Carolorum apud orientales Francos imperantium, Lothowicus ex Arnulfo fratruele Karoli, huius Lotharii regis proaui natus erat.*

20.) Charta Zwendeboldi Regis, qua abbatiam S. Seruatii A. 898. reddit Rathbodo Treu. Archi-Ep. in Miraei dipl. Belgic. Lib. II. c. 15. — *Zvvendeboldus, diuina clementia Rex — qualiter venerabilis genitor, noſter, Arnolphus, Treuirenſi metropolitanaeque ſedi - - Abbatiam contradidit - - Data III. id. Maii, ipſa die feſtiuitatis S. Seruatii, anno inc. Dom.* 898. *Ind. I. anno IV. Regis piiſſimi. Act. Aquisgrani palatio.*

Annaliſta Metenſis ad a. 890. *Arnulfus Rex conceſſit Zuentibolh, Marahenſium Sclauorum regi, ducatum Behemenſium - - eo, quod illi, antequam in regni faſtigio ſublimaretur, familiaritatis gratia fuerat connexus. Denique filium eius, quem ex pellice ſuſceperat, a ſacro fonte leuauit, eumque ex nomine ſuo Zuentibolh appellari fecit.* A. 895. *Poſthaec Arnulfus Wormaciam venit, ibique, optimatibus ex omnibus regnis ſuae ditioni ſubditis ſibi occurrentibus, conuentum publicum celebrauit. In quo conuentu omnibus aſſentientibus Zuentibolch, filium, regno Lotharii praefecit.* Et A. 900. *a Comitibus Stephano, Gerardo, et Malfrido Zuentibolch in proelio interficitur Idus Aug.*

21.) An-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/106 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

21.) Annaliſta Metenſis ad a. 897. *Zuentibolch patrem ſuper vxore, quam accipere deſiderabat, per legatos conſulit, cuius — hortatu ad Ottonem, Comitem, miſſum dirigit, eius filiam, nomine Odam, in coniugium expoſcit. Ille vero petitionibus eius — grauiter aſſenſum praebuit, eique filiam tradidit, quam poſt paſcha celebratis nuptiis ſibi in matrimonium ſociauit.* Et ad a. 900. *Eodem anno Gerardus, Comes, Odam, vxorem eiusdem Zuentibolch, regis, ſibi in matrimonium copulat.*

22.) Annales Fuldenſes ad a. 889. *Rex ap. villam, quae dicitur Forachhem, generale conuentum habuit, ibique diſputans de ſtatu regni ſui, conſultum eſt, vt eodem tempore primores Francorum, prout Baioarii, iuramento confirmarent, ne ſe detraherent a principatu — filiorum eius, Zuentibulchi quidem et Ratoldi, qui ei de concubinis erant nati, quod quidam Francorum ad tempus renuentes, tandem regiae ſatisfacientes voluntati, dextram dare non recuſabant, eo tamen modo, vt ſi de legali ſua vxore — haeres ei non produceretur.* Et ad a. 895. *Arnulfus paruulo filio ſuo, nomine Ratold, qui ei de concubina erat, ad fidem Italicae gentis Mediolanum dimiſſo, per vallem Tridentinam — in Baioariam eſt reuerſus.*

23.) Annales Fuldenſes ad a. 893. *Engilſcalcus, iuuenili audacia vir, qui poſt rapta de concubina regis filia, ad tempus ſe Marauos exul contulit. Poſthaec ad gratiam regis non longum veniens, Marchenſis in Oriente effectus eſt.*

PROBATIONES
AD TABVLAM VII. et VLTIMAM.
FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) Aſtronomus in vita Ludouici Pii ad a. 823. *Quo etiam anno menſe Iunio, natus Imperatori eſt filius ex Iudith regina, quem tempore baptiſmi Carolum vocitare placuit.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/107 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Carolus Caluus in praecepto de villa Scindelicis monaſterio S. Dionyſii A. 862. attributa in Mabillonii de re dipl. Lib. VI. n. 97. p. 538. *Quia ob - - remedium animarum Domni ſcilicet ac genitoris noſtri, Hludouici, ſanctae recordationis Auguſti, ſeu genitricis noſtrae, Iudith, imperatricis -- villam quandam ſita in pago Pariſiaco, cuius vocabulum eſt Scindelicias - - protectori noſtro S. Dionyſio — concedimus — Quae diſpoſitio noſtra talis habetur, videlicet vt Idibus menſis Iunii, quando Deus me naſci in mundo voluit, et octauo Idus Iulii, quando Sanctus Sanctorum vngi in regem ſua dignatione diſpoſuit, ſed et octauo decimo Kalendas Februarii, quando me Rex regum, fugatis et contritis ante faciem diuinae potentiae ſuae nobiscum agente in regnum reſtituit — nec non in Idibus Decembris, quando Deus me dilectam coniugem, Yrmintrudem, vxoreo vinculo copulauit, verum et quinto Kalend. Octobris, quando ipſa dilectiſſima nobis coniux nata fuit. — Data 13. Iul. Octobr. ind. X. anno XXIII. regnante Karolo glorioſiſſ. rege.*

Hincmarus ep. III. ad Carol. Calu. Imp. *quando Deo diſponente in Franconofurt palatio nati eſtis.*

Theganus c. 35. *Alio anno* (np. 825. vid. Annal. Fuld.) *venit Wormaciam Imperator, vbi et Karolo, filio ſuo, qui erat ex Iudith Auguſta natus, terram Alamannicam et Rheticam, et partem aliquam Burgundiae — tradidit.*

De addicto Neuſtriae regno Carolo Caluo a Patre vid. Annales Bertiniani a. 837. et per pactionem Virdunenſem iidem ad a. 843.

Annales Bertiniani ad 876. *Carolus, in die natiuitatis Domini B. Petro multa et pretioſa munera offerens, in Imperatorem vnctus, et coronatus, atque Romanorum Imp. appellatus eſt.* Ad A. 877. *Carolus febre correptus puluerem bibit, quem ſibi nimium dilectus ac credulus medicus ſuus Iudaeus, nomine Sedechias transmiſit, vt ea potione a febre liberaretur, inſanabili veneno hauſto inter manus portantium, tranſito monte Ciniſio, perueniens ad locum, qui Brios dicitur, miſit pro Richilde, quae erat apud Moriennam, vt ad eum veni-*

veniret, ſicut et fecit, et vndecimo die poſt venenum hauſtum in vilisſimo tugurio mortuus eſt II. Nonas Octobris. Quem aperientes, qui cum eo erant, ablatis interaneis, et infuſum vino ac aromatibus, quibus poterant, et impoſitum locello, coeperunt ferre verſus monaſterium S. Dionyſii, vbi ſepeliri ſe poſtulauerat. Quem pro foetore non valentes portare, miſerunt eum in tonna interius exteriusque picata, quam coriis inuoluerunt. Quod nihil ad tollendum foetorem profecit. Vnde ad cellam quandam monachorum Lugdunenſis epiſcopii, quae Nantoadis dicitur, vix peruenientes, illud corpus cum ipſa tonna terrae mandauerunt.

Annales Metenſes ad a. 877. *Poſt aliquot annos oſſa Caroli Imp. translata ſunt, et Pariſiis in monaſterio S. Dionyſii honorifice ſepulta.*

2.) Vide Caroli Imp. praeceptum Dionyſianum in probat. praeced. p. 86.

Nithardus Lib. IV. in du Cheſne T. II. p. 380. ad a. 843. *Karolus vxorem ducturus Cariſiacum venit — accepit — in coniugio Hirmentrudem, Vodonis et Ingeltrudis filiam, et neptem Adelhardi — nuptiis quidem XVIIII. Kal. Ianuarii expletis.*

Annales Bertiniani ad a. 866. *Carolus menſe Auguſto Sueſſionis ciuitatem adit — et epiſcopos petit, vt vxorem ſuam Hirmintrudem in reginam ſacrarent, quod et ipſo adſtante in baſilica S. Medardi fecerunt, et vna cum eo illi coronam impoſuerunt.* Et ad a. 869. *Carolus — comperiens obiiſſe Hirmentrudem vxorem ſuam II. Non. Octobris in monaſterio S. Dionyſii, vbi et ſepulta eſt; exequente Boſone, filio Buuini, quondam Comitis, hoc miſſaticum --- ſororem ipſius Boſonis, nomine Richildem, mox ſibi adduci fecit, et in concubinam accepit.*

3.) Annales Bertiniani ad a. 870. *Carolus Imp. in die feſtiuitatis Septuageſimae praedictam concubinam ſuam Richildem, deſponſatam atque dotatam, in coniugem ſumſit.* Ad a. 877. *Venerunt Tarduuam, et conſecrata Richildis a Papa Ioanne in Imperatricem.*

Conceſſio variarum poſſeſſionum eccleſiae S. Gertrudis Niuellis a Carolo Caluo Imp. de a. 877. in Miraei Donat. Belgic. Lib. II. cap. 14. ---

14. — *Carolus — Dei miſericordia Imp. Auguſtus. quoniam nos ob deprecationem, Richildis, imperatricis Auguſtae, dulciſſimae coniugis noſtrae concedimus — Data VII. Idus Iulii ind. X. anno XXXVIII. regni Caroli — in Francia et imperii ſecundo, et in ſucceſſione Lotharii regis anno VIII.*

4.) Annales Metenſes ad A. 870. *Praedictus Rex Carolus ex Hirmentrude regina tres filios ſuſceperat, Carolum ſcilicet, Carolomannum, atque Ludouicum. Sed duo ex his infeliciter perierunt. Nempe Carolus, leuitate iuuenili ductus, tentare volens Albuini, fratris Biuini et Bertonis, audaciam — alium ſe eſſe ſimulans, cum ex venatione veſpertinis horis idem Albuinus quadam die reuerteretur, ſuper eum ſolus impetum fecit, velut equum, in quo ſedebat, ablaturus. Ille alium exiſtimans, quam filium regis, euaginato gladio ex aduerſo eum in capite percuſſit, moxque terrae proſtrauit. — Debilitatus ergo membris, ac vultu deformatus, pauco tempore ſuperuixit.*

Annaliſta Bertinianus ad 855. *Aquitani, vrbem Lemouicum mediante Octobri menſe conuenientes, Karlum puerum, filium Karli, regem generaliter conſtituunt, vnctoque per pontificem coronam regni imponunt, ſceptrumque attribuunt.* Ad A. 866. *Aquitani Karlum puerum, quem nuper regem conſtituerant, ſpernentes, Pippinum ex monacho — regem ſimulant. — Exaqui ſpreto Pippino, Karlum puerum, Fr. Karli regis, quem antea pepulerant, recipiunt. — — — — Caroli F. nomine Carolus et Aquitanorum rex, plaga, quam in capite ante aliquot annos acceperat, cerebro commoto, diutius epelemtica paſſione vexatus, III. Kl. Octobris, in qua villa ſecus Boſentiacas moritur, et a Carolomanno fratre ſuo — in eccleſia S. Sulpicii ap. Biturigum ſepelitur.*

5.) Annaliſta Metenſis ad a. 870. *Carolomannus, cum eſſet puerulus, iuſſu patris attonſus, clericus effectus eſt. Dehinc procedenti tempore ad diaconatus officium, quamuis inuitus atque coactus, in praeſentia genitoris ordinatus eſt. — Poſthaec per apoſtaſiam recedens ab eccleſiaſtica religione, — alter Iulianus efficitur. Collecta*

nam-

TABVLA VII. ET VLTIMA

FAMILIAE AVGVSTAE CAROLINGICAE.

1.) CAROLVS Caluus, *F. Ludouici Pii Imp. ex Iuditha natu minimus*, ſecundum Tab. V. n. 15. *nat. Francofurti A.* 823. *d.* 13. *Iunii*, *Rex Alemaniae A.* 829. *Neuſtriae A.* 839, *omnis Galliae A.* 843. *Lutharingiae A.* 869, *Imperator Rom. A.* 876. *d.* 25. *Decembr.* † *A.* 877. *d.* 6. *Octobr. in loco Brios*, *ſep. apud S. Dionyſium*. p. 85.

Vxores: 2.) I. Vrmintrudis, *F. Vodonis ex Ingeltrude nat. d.* 27. *Sept. A....* copulata A. 843. *d.* 13. *Dec. coronata A.* 866. † *A.* 869. *d.* 6. *Oct. ſep. ap. S. Dionyſ.* p. 87.
3.) II. Richildis, *F. Buuini*, *concubina A.* 869. *copulata A.* 870. *coronata A.* 877. p. 87.

I. 4.) CAROLVS, *Rex Aquitaniae A.* 855. *med. Octobr.*, *iterum eiectus A.* 856. † *A.* 866. *d.* 29. *Sept. ſep. in aede S. Sulpicii ap. Bituig.* p. 88.

I. 5.) Carolomannus, *Abbas plurimum monaſterior. rebellis A.* 870. *excoecatus A.* 873. † *in monaſt. Epternac. A.* 886. *ibid. ſep.* p. 89.

I. 6.) Lotharius, *Abbas monaſt. S. Germani Antiſſiod. A.* 861. † *A.* 865. p. 89.

I. 7.) LVDOVICVS Balbus, *Rex Aquitaniae A.* 867. *circa med. Quadrageſ. coronatus in Compendio palatio ab Hincmaro A.* 877. *d.* 8. *Dec. et Trecis a Ioh. VIII. Papa A.* 878. *d.* 7. *Sept.* † *Compendii d.* 10. *April. f.* 6. *A.* 879. *ſep. ibid. in aede S. Mariae.* p. 90.
Vxores: 8.) I. Ansgrad. p. 91.
9.) II. Adelheid. *A.* 878. 894. p. 91.

I. 10.) Iuditha. p. 91.
Mariti:
11.) I. Ethelvvolf, *R. Angeliae d.* 1. *Oct. A.* 856. † *A* 857. *d.* 13. *Ianuar. ſep. Wintoniae*, p. 92.
12.) II. Ethelbaldus *R. priuignus*, *ab A.* 857. *vsque ad A.* 859. † *A.* 861. *ſep. in Schireburne*, p. 92.
13.) III. Balduinus I. *Comes Flandriae A.* 863. p. 92. et 93.

II. 14.) Carolus, *natus A.* 876. *d.* 9. *Octobr.* † *Compendii A.* 877. *ſep. ap. S. Dionyſ.* p. 94.

I. 15.) LVDOVICVS, *Rex Galliae A.* 880. † *A* 882. *d.* 3. *Aug. ſep. ap. S. Dionyſ.* p. 94.

I. 16.) CAROLOMANNVS, *Rex Burgundiae et Aquit. A.* 880. *et totius Galliae A.* 882. † *A.* 884. *d.* 6. *Decembr. ſep. ap. S. Dionyſ.* p. 95.
Vxor: 17.) Filia Boſonis R. Burgundiae, *deſponſata A.* 878. p. 95.

II. 18.) CAROLVS, Simplex, *nat. A.* 879. *Rex Galliae contra Odonem A.* 892. *et poſt eius mortem A.* 898. † 929. *ſep. Peronae in baſilica S. Furſei*, p. 95.
Vxores: 19.) I. Frederina *A.* 907. p. 96.
20.) II. Ogina, *F. Eduardi I. R. Angeliae*, *vxor poſtea Heriberti A.* 951. p. 96.

21.) Giſela,
Maritus:
Rollo, *Dux Normannorum A.* 912. p. 97.

II. 22.) LVDOVICVS Transmarinus *fugit in Angliam cum matre A.* 929, *reuocatus et Rex Franciae vngitur A.* 936. *d.* 19. *Iunii ap. Laudunum.* † *A.* 954 *d.* 10 *Sept. ſep. ap. S. Remig. Remis.* p. 97.
Vxor: 23.) Gerberga, *F. Henrici Aucupis, R. Germ. vidua Giſelberti, Ducis Lotharingiae, ducta A.* 939. † *d.* 5. *Maii A....* *ſep. ap. S. Remig.* p. 97.

24.) LOTHARIVS, *nat. A.* 941. *Rex Franciae A.* 954. † *A.* 986. *d.* 2. *Martii. ſep. apud S. Remig.* p. 98.
Vxor: 25.) Emma. *F. Lotharii R. Italiae et Adelheidis Burgund. ducta A.* 966. p. 98.

26.) Mathildis. p. 99.
Maritus:
27.) Conradus, *Rex Burgund.* † *A.* 994. p. 99.

28.) Adrada, p. 100.

29.) Carolus, *natus A.* 945. *Dux Lotharingiae A.* 977. *captus A.* 990 † *A.* 991. p. 100.
Vxor: 30.) Filia Heriberti *Comitis capta A.* 990. p. 101.

31.) Carolus p. 101.

32.) Henricus. p. 101.

Gemelli.

33.) LVDOVICVS Ignauus, vltimus Rex Franciae Carolingicus, † A. 987. *improlis.* p. 101.
Vxor: Blancia *deſponſata*, p. 101.

34.) Arnulfus, *Filius nothus*, *ArchiEp. Remen. A.* 989. *depoſitus A.* 992. *reſtitutus A.* 998. † *A.* 1023. *ſep. Remis*, p. 101.

35.) Otto, *Dux Lotharingiae A.* 991. † 1005. *d.* 4. *Nouembris.* p. 102.

36.) Ludouicus. *A.* 1008. p. 102.

37.) Carolus. *A.* 1008. p. 103.

VLTIMI omnium Carolingorum.

38.) Gerberga p. 103.
Maritus:
39.) Lambertus II. *Comes Louanienſis.* † *A.* 1015. p. 103.

40.) Ermengardis. p. 103.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/111
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/112
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

namque praedonum non modica turba eccleſias Dei coepit deuaſtare, et cuncta diripere, et inaudita mala perpetrare. Pro quibus cum crebro a patre correptus fuiſſet, nec a cepta prauitate ceſſaret, nouiſſime ex praecepto patris ei oculi eruuntur. — Orbatus itaque Ludouicum patruum ſuum adiit, calamitatum ſuarum aerumnas apud eum lugubriter deplorans. Ille miſeratione motus Abſternacum, monaſterium S. Willibrordi, ei ſubſidium vitae praeſentis conceſſit, vbi non multo poſt tempore mortuus eſt et ſepultus.

Annales Bertiniani ad a. 870. *Carolomannus, — Carolo Regis F. et plurimorum monaſteriorum Pater reputatus, quoniam inſidias infideliter erga patrem ſuum moliebatur, abbatiis priuatus in Siluanectenſi ciuitate eſt cuſtodiae mancipatus;* Et ad a. 873. *Carolus iubet conuocari epiſcopos regni ſui ap. Siluanectis ciuitatem, in qua idem Carolomannus morabatur, quatenus — epiſcopale miniſterium de illo exequerentur. Sicut et fecerunt, deponentes illum ſecundum ſacras regulas ab omni gradu eccleſiaſtico. — Poſt depoſitionem eius, complices illius ardentius coeperunt ſe ei iterum reconiungere, — Qua propter neceſſe fuit etiam illa, de quibus ab epiſcopis iudicatus non fuerat, in medium reuocare, et ſecundum ſacrarum legum decreta pro admiſſis ſuis iudicio mortis addictum, mitiori ſententia, vt locum et ſpatium poenitendi haberet — luminibus acclamatione cunctorum, qui adfuerunt, orbari. - - Carolomannus coecus, per homines quondam ſuos, conſentientibus duobus pſeudo monachis de Corbeio monaſterio ſublatus, et ad Hludouicum, Germaniae R. - - eſt perductus - - qui eum Liutberto, Archi-Ep. paſcendum in monaſterio S. Albani ap. Moguntiam commendauit.*

Chronicon Andegauenſe ex codice Vindocinenſis coenobii in Labbei Biblioth. MSt. T. I. p. 285. *A. 886. Karlomannus moritur, vnus filiorum Caroli Calui, qui clericus factus, oculis mulctatus eſt.*

6.)' Annaliſta Bertinianus ad a. 861. *Karlus Rex filium ſuum, Lotharium, claudum, in monaſterio S. Ioannis clericum fieri iubet;* Et ad A. 865. *Carolus - - Siluanectis reuertitur, natiuitatis Domini-*

cae ſolennia celebraturus ; vbi ei Lotharius , filius ſuus, et Abbas monaſterii S. Germani, mortuus nunciatur.

Charta largitionis Caroli Calui in Mabillonii de re dipl. Lib. VI. n. 98. p. 539. *Karolus, gratia Dei Rex — quia cariſſimus — filius noſter, Lotharius, S. Germani — coenobii Antiſſiodorenſis reuerendiſſimus Abbas, ante ſui obitus terminum — noſtram ſuppliciter expetiit magnificentiam — Datum X. Kal. Febr. Ind. XIIII. anno XXVI. regnante Karoli gl. rege* (d. 23. Ian. A. 866.)

7.) Annales Bertiniani ad a. 867. *Carolus circa mediam quadrageſimam ſuper Ligerim fl. ad villam, quae Bellus - Pauliacus dicitur, perrexit: vbi primores Aquitaniorum ſibi obuiam accerſiuit, et filium ſuum Ludouicum, ordinatis illi miniſterialibus de palatio ſuo, eisdem Aquitanis regem praefecit; inde reuerſus paſcha Domini in monaſterio S. Dionyſii celebrauit.* Ad A. 877. *Ludouicus accepto nuntio in Andriacu villa de morte patris ſui, quos potuit, conciliauit ſibi — et reuerſus eſt Compendium — et diſcurrentibus legatis inter Ludouicum et regni primores, et pactis honoribus ſingulis, quos petierunt, VI. Idus Decembris conſenſu omnium - conſecratus et coronatus eſt in regem Ludouicus ab Hincmaro Remorum Ep.* Ad a. 878. *Ioannes Papa --- Roma exiit, et nauigio Arelatum --- appulit --- et per Boſonis auxilium usque Lugdunum venit - - Ludouicus --- petiit, vt vsque Trecas veniret --- et Kalendas Septembris apud Trecas ad eum venit ---- Et coronatus Ludouicus a Ioanne Papa VII. Idus Septempris.* Et ad a. 879. *Carolus --- Compendium venit, et ſentiens ſe mortem euadere non poſſe, per Odonem Belgiuacenſem Ep. et Albuinum comitem, coronam et ſpatam, ac reliquum regium apparatum, filio ſuo Ludouico miſit, mandans illis, qui cum eo erant, vt eum in regem ſacrari, ac coronari facerent. Ipſe autem IV. Id. Aprilis in die paraceues in veſpere obiit, et in craſtina --- ſc. in vigilia S. Paſchae, in eccleſia S. Mariae ſepultus fuit.*

Ludouicus Balbus in praecepto de a. 878. pro cella S. Flauiani in Mabillonii de re dipl. Lib. VI. n. 108. p. 547. --- *pro remedio animae et genitoris noſtri piae memoriae Karoli Imp. ac genitricis noſtrae*

ſtrae glorioſe reginae Irmintrudis. Conf. eiusdem aliud praeceptum in probatione ſubſequente n. 9.

8.) Annaliſta Metenſis ad a. 878. *Ludouicus, qui Balbus appellatur, eo quod impeditioris et tardioris eſſet eloquii, — habuit, — cum adhuc iuuenilis aetatis flore polleret, quandam puellam nobilem, nomine Ansgard, ſibi coniugii foedere copulatam, ex qua duos liberos ſuſcepit. -- Horum vnus Ludouicus, alter Carolomannus vocabatur. Sed quia hanc ſine genitoris conſcientia, et voluntatis conſenſu, ſuis amplexibus ſociauerat, ab ipſo patre ei poſtmodum eſt interdicta, et, interpoſito iurisiurandi ſacramento, ab eius conſortio in perpetuum ſeparata. Tradita eſt autem eidem ab eodem patre Adheleidis in matrimonium, quam grauidam ex ſe reliquit idem Rex cum obret. Quae tempore pariendi expleto, enixa eſt puerum, cui nomen aui impoſuit, eumque Carolum vocitari fecit.*

9.) Ludouici Balbi. R. praeceptum pro coenobio S. Medardi Sueſſionenſis in Mabillonii de re dipl. Lib. VI. n. 111. p. 549. *Hludouicus, miſericordia Dei rex. Igitur nouerit — quia piiſſimus genitor noſter Carolus — anuentes quoque prec.bus dulciſſimae coniugis noſtrae Adelaydis — ſtatuimus etiam ex villa Bemeio feſtiuitatibus S. Medardi — et aui noſtri Domini Imp. Hludouici, auiae quoque noſtrae Dominae Iudith — ipſi monachi refectionem accipiant. Inſuper ex praefatis aliis villis in dilectiſſimi fratris noſtrii Carolomanni anniuerſario, et Berthae amitae noſtrae. — Dat. VI. Id. Febr. ind. XII. anno primo regni Dni Hludouici (A. 879.)*

10.) Annales Bertiniani ad a. 856: *Edilvvulf, Rex occidentalium Anglorum Roma rediens, Iudith, filiam Carli Regis, menſe Iulio deſponſatam, Kal. Octobribus, in Vermaria palatio, in matrimonium accipit, et eam Ingmaro Durocortori Remorum Epiſcopo benedicente, impoſito capiti eius diademate, reginae nomine inſignit. Quod ſibi ſuaeque genti eatenus fuerat inſuetum, patratoque regis apparatibus vtrinque, atque muneribus matrimonio, cum ea Britanniam regni ſui ditionem nauigio repetit.*

11.) Aſſer Meneuenſis in vita Alfredi R. f. 2. ad a. 855. *Eodem anno Aethelvvulfus — Rex — Romam porrexit —— ibique anno integro demoratus eſt, quo peracto ad patriam ſuam reuenit, adferens ſecum Iuditham, Caroli, Francorum Regis F. quam a patre ſuo acceperat, iuxta ſe in regali ſolio ſuo, ſine aliqua nobilium ſuorum controuerſia et odio, vsque ad obitum vitae ſuae, contra peruerſam gentis illius conſuetudinem, ſedere impetrauit.*

Weſtmonaſterienſis ad a. 857. *Cum rex Aethelulfus illuſtris regnum Weſt-Saxonum annis XVII. diligentiſſime gubernaſſet, viam vniuerſae carnis ingreſſus h. a. idibus Ianuarii.*

Malmesburienſis Lib. II. c. 2. *Ethelvvulphus — Wintoniae — ſepelitur.*

12. Malmesburienſis Lib. II. c. 3. Anno Dni 857. *Duo filii Ethelbaldus in Weſt-Saxonia, Ethelbertus in Cantia regnauerunt. Ethelbaldus, ignauus et perfidus patris eius thorum polluit, in coniugium Iudith, nouercae, poſt parentis obitum deuolutus.*

Weſtmonaſterienſis ad a 859. *Rex Weſt-Saxonum Ethelbaldus, ab errore ſupra dicto reſipiſcens, demiſſa Juditha nouerca ſua, cuius thorum foedauerat, peracta poenitentia, tempore, quo ſuperuixit, regnum cum pace et iuſtitia temperauit.*

Ingulphus f. 853. *Ethelbaldus thorum patris ſui aſcendens (quod nec inter gentes usquam auditum eſt)* propriam nouercam *Iuditham — quondam filiam Regis Francorum, ſumtam a patre Ethelvvelfo in coniugium, cum omnium comprouincialium ſcelus ſuum abhorrentium maximo ſtupore,* duxit in vxorem, qui biennio *in tam vili volutabro decurſo moritur.*

Huntindonius ad a. 861. f. 348. *Ethelbaldus, Rex Weſt-Sexe, cum regnum ſuum quinque annis in pace tenuiſſet, morte immatura praereptus eſt — et ſepelierunt eum in Shireburne.*

13.) Annaliſta Bertinianus ad a. 862. *Carolus per Remis ciuitatem Sueſſionis venit, abi non incerto nuncio comperit, quia filia* eius Iudith, *relicta ſcilicet Edeluoldi, Regis Anglorum, (quae poſſeſſionibus venditis, quas in Anglorum regno obtinuerat, ad patrem rediit, et in Siluanectis ciuitate, debito Reginae honore, ſub tuitio-*

tuitione paterna et regia, atque epiſcopali cuſtodia ſeruabatur, donec, ſi ſe continere non poſſet, ſecundum Apoſtolum, ſcilicet competenter ac legaliter, nuberet) Balduinum Comitem, ipſo lenocinante, et fratre ſuo Ludouico conſentiente, mutato habitu eſt ſecuta.— Vnde Carolus Epiſcopos et ceteros regni ſui primores conſulens, poſt mundanae legis iudicium canonicum in iam dictum Balduinum et Iudith, quae cum fure cucurrit et adulteri portionem ſe fecit, ſecundum edicta B. Gregorii, vt ſi quis viduam in vxorem furatus fuerit, et conſentientes ei, anathema ſint, depromi ſententiam ab Epiſcopis petiit. Et ad a. 863. *Carolus Iudith filiam ſuam per depraecationem Domni Apoſtolici ab pacem — ſuſcepit. — — Ad Antiſſodorum ciuitatem vsque peruenit, ibique filiam ſuam Iudith, ſicut Domnus Apoſtolicus eum petierat, conſilio fidelium ſuorum, Balduino, quem ſecuta fuerat, legaliter ſociari permiſit.*

Carolus Caluus Rex in epiſtola ad R. Ludouicum fratrem in Baronii annal. T. X. ad a. 862. §. 38. *Filiam naſtram Iudith, viduam, ſecundum leges diuinas et mundanas ſub tuitione eccleſiaſtica, et regionum de Burge, vel potius, regio mundeburdio conſtitutam, Balduinus ſibi furatus eſt in vxorem: quem poſt legale iudicium Epiſcopi regni noſtri excommunicauerunt ſecundum ſacros Canones, et definitionem S. Gregorii Papae, qui dicit: ſi quis viduam etc.*

Nicolaus Papa I. epiſtola 20. ad Carol. Calu. R. *Beatiſſima SS. Apoſtolorum Petri et Pauli confugere limina, noſtrumque pontificatum Balduinus, Vaſallus veſter, ardenti animo accedere ſtuduit, qui veſtram ſe habere indignationem, eo quod Iudith, filiam veſtram, illum prae ceteris diligentem, ſine veſtrae voluntatis conſenſu, in coniugium elegerit, eamque volentem acceperit, ore proprio retulit. Quamobrem praeſulatui noſtro preces multimodas fudit, orans et petens obnixe, vt magnitudinis veſtrae, per noſtram interuentionem, adipiſci gratiam, mereretur etc.* — Idem in ep. 21. ad Hermentrudem Reginam: *Et quin hic Balduinus, qui chariſſimam filiam veſtram, contra diuinarum legum ſanctiones rapuit, de hic ſe ſe recognouit*: Conf eiusdem ep. 30. ad Carolum R. in Tomo V. Concilior. Harduini.

 Hinc-

Hincmarus, Archi-Ep. Remenſis ep. 17. ad Nicolaum Papam opp. T. II. p. 244. et in Flodoardi hiſt. Remenſi Lib. III. c. 12. *Veſtrae autoritatis epiſtolam, vt oportuit, reuerenter ſuſcepi, et coepiſcopis noſtris eam relegi, et por praefata Iudith apud patrem et matrem illius, quantum potuimus, vt mandaſtis, communiter interuenimus, et paternis ac maternis obtutibus eam praeſentare ſtuduimus. —— Dominus etiam noſter rex, filius veſter, huic deſponſationi et coniunctioni intereſſe non voluit: ſed miſſis publicae rei miniſtris, ſicut vobis promiſit, ſecundum leges ſeculi, eos vxoria coniunctione ad inuicem copulari permiſit, et honores Balduino, pro veſtra ſolummodo petitione, donauit.*

14.) Annales Bertiniani ad a. 876. *Richildis, audiens VII. Idus Octobris de fuga hoſtis imperialis et ipſius imperatoris, ab Heriſtallio mouet, et fugiens ſubſequenti nocte galli cantu in via peperit filium, quem poſt partum famulus ſuus ante ſe portans, fugiendo vsque ad Antennacum detulit.* Ad a. 877. *Carolus per Cariſiacum ad Compendium venit. Vbi dum moraretur, filius eius, qui, antequam Richildis ad Antennacum veniret, in via natus fuerat, infirmatur, et a Boſone auunculo ſuo de fonte ſuſceptus, Carolus nominatus, moritur, et ad monaſterium S. Dionyſii ſepeliendus defertur.*

15.) Annales Bertiniani ad a. 879. *Audientes Hugo Abbas et ceteri primores, qui cum filiis ſenioris quondam ſui Ludouici, Ludouico ſcilicet et Carolomanno agebant, Ludouicum (Germaniae Regem) cum vxore ſua in iſtas partes venturum, quosdam Epiſcopos, Anſegiſum, et alios miſerunt ad Ferrarias monaſterium, et ibi eos conſecrari et coronari in Reges fecerunt.* Ad a. 880. *Filii Ludouici quondam regis reuerſi ſunt Ambianis ciuitatem, et ſicut fideles illorum inuenerunt, regnum paternum inter ſe diuiſerunt. Id eſt, vt Ludouicus, quod Francia reſiduum erat ex paterno regno, ſed et Niuſtriam cum marchiis ſuis haberet, et Carolomannus Burgundiam et Aquitaniam cum marchiis ſuis haberet.* Ad a. 882. *Ludouicus vsque Turones perrexit, vbi infirmatus eſt corpore, et lectica deportatus vsque a monaſterium S. Dionyſii menſe Auguſto* (et quidem III. Nonas

Nonas Auguſti ſecundum Folquini chartarium in Mabillonii *de re dipl. Lib. II. c. 26. n. 17.) ibi mortuus eſt et ſepultus.*

16.) Carolomanni confirmatio omnium priuilegiorum S. Germani Antiſidorenſis in Mabillonii *de re dipl. Lib. VI. n.* 113. *p.* 550. *Karlomannus, miſericordia Dei rex* -- --- *quas idem glorioſiſſ. auus noſter Karolus Imp. pro ſepultura ac aeterna memoria Lotharii, auunculi noſtri, quondam abbatis eiusdem loci dediſſe per praecepti ſui autoritatem cognoſcitur* (Vid. huius tab. probat. n. 6.) *cum praecepto et conſenſu Domni Ludouici glorioſiſſ. ac ſereniſſ. Regis genitoris noſtri* --- *Dat. III. Id. Iunii Anno VI. regnante Karlomanno glorioſiſſ. Rege indict. II.* (A. 884.)

Vid. teſtimonium Annaliſta Bertiniani ad a. 880. in probat. anteced.

Annaliſta Metenſis ad a. 883. *Carolomannus frater Ludouici, regnum illius obtinuit.* Conf. idem ad a. 884. de morte Carolomanni in Tab. VI. prob. n. 12. p. 81.

In Necrologio Dionyſiano obitus Caroli M. regis reponitur *VIII. Id. Decembr.* ap. Mabillonium *de re dipl. Lib. II. c.* 26. *n.* 17. quem referunt etiam Guido *ap. Albericum*, et praefatio Chronici Fontanellenſis *ad a.* 884.

17.) Annaliſta Bertinianus ad a. 878. et Continuator Aimoini Lib. V. c. 37. *Rex Ludouicus — deſponſauit filiam Boſonis Carolomanno filio ſuo.*

18.) Praeceptum Carolo ſimpl. de A. 894. in Miraei Diplomat Belgic. Lib. II. c. 13. — *Carolus, miſericordia Dei Rex — per deprecationem cariſſimae et venerabilis genitricis noſtrae Adeleidis — praeceptum noſtrae autoritatis fieri iuſſimus* --- *Dat anno incarn. Dom.* 894. *anno quoq; regnante Carolo II. indict. XII. VI. Kal. Octobr. Actum Attiniaco.*

Vid. teſtimonium annaliſta Metenſis ad a. 878. in hui. tabulae prob. n. 8. p. 91. Idem ad a. 892. *Odone rege in Aquitania commorante, Francorum principes ex permaxima parte ab eo deficiunt, et agentibus Folcone, Archi-Epiſcopo — in Remorum ciuitate, Carolus F. Ludouici*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/119 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

douici ex Adelheide Regina, vt ſupra meminimus, natus, in regno eleuatur; et ad a. 898. *Odo Rex - - diem clauſit extremum. Principes autem in vnum congregati pari conſilio et voluntate, Carolum ſuper ſe conſtituunt.*

Praeceptum Caroli Simplicis in Baluzii appendice actorum vett. ad Lupum n. 9. p. 523. *Karolus, diuina propitiante clementia Rex Francorum —— et V Kalend. Februarii, in die vnctionis noſtrae in regem praeparent refectionem — quae refectio poſt noſtrum obitum ad anniuerſariam depoſitionis noſtrae diem demutetur — Datum IV. Kal. Maii, indict. VI. anno XXVI, regnante Karolo Rege glorioſo, redintegrante XXI, largiore vero haereditate indepta VII.*

Frodoardus in chronico ad A. 929. *Karolus ap. Peronam obiit.*

Fragmentum Chronici Hugonis, monachi Floriacenſis, in du Chesne T. III p. 348. *Carolus Simplex poſt longam carceris marcerationem defunctus eſt in ipſa cuſtodia, et ſepultus in baſilica S. Fuſci, confeſſoris, quae eſt in ipſo Parrona caſtro.*

19.) Carolus Simplex in praecepto de dote Coniugis Frederinae in Mabillonii *de re diplom. Lib. VI. n. 123. p.* 558. et in Baluzii *append. actorum vett. ad Lupum n.* 8. *p.* 522. *Karolus diuina propitiante clementia Rex — fidelium noſtrorum — admonitionibus ſollicitati — quandam nobili proſapia puellam, nomini Frederinam --- Deo --- cooperante --- imperiali connubio ſociauimus, regnique conſortem ſtatuimus --- Datum XIII. Kalendas Maias, ind. X. anno XV. regnante Domino Karolo, --- redintegrante X. Actum Attiniaco (* A. 907. *)*

20.) Fragmentum Hiſt Francicae a Ludouico Pio usque ad Robertum R. in du Chesne T. III. p. 340. *Rex Francorum Karolus --- habuit filium, nomine Ludouicum, ex Ogiua, Anglorum regis ſuſceptum filia.*

Conferantur teſtimonia in tabulae I. probat. n. 37. p. 16.

Frodoardus ad a. 951. *Otgiua Regina, mater Ludouici regis egreſſa Lauduno, conducentibus ſe quibusdam tam Heriberti, quam Adal-*

Adalberti fratris ipſius hominibus, ad Heribertum proficiſcitur. Qui ſuſcipiens eam ducit in coniugem.

21.) Wilhelmus Gemmetricens. Lib. II. c. 17. Hiſt. Norman. *Franci calamitatibus oppreſſi, querulis clamoribus Carolum regem appetunt -- quorum querimoniis rex vehementer permotus, aſcitum Franconem Archi Ep. Rolloni feſtinanter dirigit, mandans, ſi Chriſtianus efficeretur, terram maritimam, ab Epta flumine vsque ad Britannicos limites, cum ſua filia nomine Giſla, ſe ei daturum fore; -- pax ſtabilitur inter eos: Rollone regi fidelitatem ſacramento iurante: et Rege illi filiam cum terra praetitulante donate. Anno igitur incarn. Dom. 912. benedicto fonte -- Rollo a Francone Archi-Ep. baptizatur.*

22.) Chronographus S. Petri Viui Senonenſis in d' Acherii Spicilegii T. II. ad a. 936. *Poſt mortem Rodulfi Hugo M. vna cum Francis accerſiens Willelmum Archi Ep. miſit illum ad Oginam, vxorem Caroli Simplicis, vt inde reduceret Hludouicum filium eius. Fugerat enim ad patrem ſuum Regem Anglorum ob timorem Heriberti et Hugonis. Veniensque Willelmus Archi Ep. datisque obſidibus ſub ſacramenti titulo Oginae matri eius, reduxit Hludouicum in Franciam. Igitur XIII Kal. Iulii, vnctus eſt in Regem Hludouicus, filius Caroli Simplicis, ap. Laudunum.*

Frodoardus ad a. 954. *Ludouicus Rex egreſſus Lauduno Remenſem — repetiit Vrbem. Antequam vero ad Axonam fl. perueniret, apparuit ei quaſi Lupus praecedens, quem admiſſo inſecutus equo, prolabitur, grauiterque attritus Remos defertur, et protracto languore decubans, elephantiaſis peſte perfuntitur. Quo morbo confectus diem clauſit extremum ſepultusque eſt ap S. Remigium.*

Necrologium Autiſſiodorenſe in Mabillonii de re dipl. Lib. II. c. 26. §. 3. *IV. Id. Septembr. Hludouicus ſereniſſimus Rex, filius Karoli.*

23.) Frodoardus ad a. 939. *Ludouicus Rex, in regnum Lothårienſe ingreſſus, relictam Giſleberti Gerbergam ducit vxorem, Ottonis ſcilicet regis ſororem.*

Conferantur teſtimonia in ſubſequentis probationis numero 26. et 27. p. 99.

Verſus ſuper tumbam Gerbergae, reginae Franciae, quae iacet in choro eccleſiae S. Remigii Remis, in du Chesne *T. II. p.* 628:

Francorum ſpecimen, Francis memorabile nomen,
Hoc regina ſacro Gerberga locatur in antro,
Grandis honor regni, cui vita monaſtico cordi
Haec Era Remigio ſua rerum contulit almo
Sed quintus Maii quam vidit carne reſolui.
Remigii meritis cui detur vita perennis.

24. Frodoardus ad a. 941. *Ludouico Regi filius naſcitur*, ad A. 954. *Lotharius puer, Ludouici, ap. S. Remigium rex conſecratur.*

Odorannus in chronico in du Chesne T. II. p. 638. *A. 986. obiit Lotharius rex, commiſſo filio ſuo Ludouico iuuene Hugoni Duci, vna cum regno.*

Gerbertus in ep. 75. ex perſona Hemmae Reginae ad matrem: *Dominae Adelaidi, Imperatrici ſemper Auguſtae, Hemma quondam regina, nunc lumine Francorum orbata -- -- O amara dies VI. Nonarum Martiarum, quae mihi virum eripuit.*

Albericus ad a. 986. *Lotharius R. Francorum moritur, qui humatus eſt in monaſterio S. Remigii Rhemenſis, vbi requieſcunt pater et mater illius. Quo mortuo Ludouicus, F. eius, Rex Aquitanorum, regnat in Francia anno vno.*

25.) Frodoardus ad a. 966. *Lotharius Rex vxorem accepit Emmam, filiam Regis quondam Italici.*

Odilo, Abbas Cluniacenſis, in vita S. Adelheidis Imp. c. I. *S. Adalheidis -- iuncta regi Lothario, Hugonis ditiſſimi regis Italici F. ex cuius contubernio filiam habuit, ex qua Lotharius, Rex Francorum Ludovvigum regem genuit, qui ſine liberis mortuus, regio more Compendio dinoſcitur fuiſſe ſepultus.*

Diplo-

Diploma Lotharii R. quo Mareolo ſua reſtituit in Miraei Lib. I. diplomat. Belgic. c. 22. — *Diuina praeordinante gratia Francorum Rex, Lotharius — quoniam noſtrae dignitatis praeſentiam dilecta coniux noſtra Emma adiens nobis retulit — Data Lauduni Clauati A. Domini incarn. 977.*

26. et 27.) Genealogia B. Arnulfi. in du Chesne T. II. p. 643: *Girberga, ſoror Hadevvidis ſuperioris, genuit Lotharium regem Franciae, et Karolum Ducem, Mathildam, et Altradam, fratres et ſorores.*

Anonymus Abbas S. Symphoriani Metenſis ſynchronus in vita B. Adalberonis II. Ep. Metenſis in Labbei Biblioth. MSSt. T. I. p. 674. ex eius ſermone in ſynodo Tremomenſi habito: *Domnus Otto Dux, pater iſtius venerabilis Conradi Ducis* (Auſtraſiorum) *nobis conſedentis, natus ex filia Magni Ottonis* (Liutgarda) *eſt cuius* (Ottonis) *ſoror, Girberga, dedit filiam ſuam* (Mathildem) *Conrado Burgundiorum Regi, ex Conradi autem filia* (Gerburgi, vxore Hermanni II. D. Alemanniae) *nata eſt Domina Mathildis, huius Conradi aſſidentis vxor.*

Albericus ad a. 986. *Regnat in Burgundia quidam rex nomine Conradus — Huic Conrado Rex Francorum, Lotharius, dederat ſororem ſuam Mathildem, et cum ea ciuitatem Lugdunenſem in matrimonium: de qua Mathilde Conradus iſte genuit Rodulphum V. et ſororem ſuam Geſiam, matrem Imperatricis Giſilae.* Idem tamen Chronographus grauiter poſtea errat in repetita huius Mathildini cornubii commemoratione ad a. 1024. p. 57: *Soror autem vltimi Lotharii Francorum Regis, et Ducis Caroli, nomine Mathildis poſt mortem primi mariti tertii Balduini, Flandrenſis Comitis, Regi Burgundiae cuidam Conrado peperit Regem Rodulphum et ſororem eius Geſiam, quae fuit mater Giſilae.* Confundit enim his in verbis matrem cum filia, vti docet Genealogus B. Arnulfi l. c. p. 644: *Mathildis ſoror Lotharii Regis Fr. et Karoli Ducis genuit Rodulfum R. Burgundiae Bertam, Guepam, et Mathildam — Mathildis, ſoror*

ror Guepae, et Bertae genuit Arnulphum Comitem Flandrienſem (ex Balduino III. ſiue iuniore.)

28) Rainoldus, Comes Portuenſis, in literis ad Ducem Aquitanorum ſubiunctis A. 966. in chronico Frodoardi ap. du Cheſne T. II. p. 622. *De genealogia, ſeu de parentela, quam me praeſente narrare volebas, quod inde noui, litteris tibi mea cutat mondat: Mathildis et Alberada filiae fuerunt Gerbergae. De Mathilde proceſſit Rodulfus Rex, et Mathildis ſoror eius. De Alberada Ermentrudis.*

29.) Frodoardus ad a. 945. *Adhuc Ludovvico Rege apud Rodomum degente Gerberga regina filium Lauduni peperit, qui Karolus ad catezizandam vocatus eſt.*

Sigebertus Gemblac. ad A. 977. *Ducatus Lotharingiae datur Carolo, Fratri Lotharii Regis Francorum*, (ad Ottone II. Imp.)

De praerepto ipſi ad Hugone Capeto regno Francia videatur Wilhelmus Nangius in tabulae I. probat. n. 39 p. 17. Idem ad A. 990. in du Cheſne T. II p. 628. *Hugo, Rex Francorum,* — — *Landunum vrbem, vbi manebat Carolus, Dux Lotharingiae, cum vxore ſua, filia Herberti, Comitis Trecarum, obſidere decreuit. Sed cernens, quod ciuitas vi aſſultuum impugnabilis eſſet, conſilium habuit cum Anſelmo, traditore vetulo, Laudunenſium Ep. qui erat conſiliarius Karoli principalis. Is enim Anſelmus Ep. nocte quadam, cunctis quieſcentibus, Hugoni regi portas aperuit, et tunc captus et vinctus Karolus cum vxore ſua, poſitus fuit a Rege Hugone Aurelianis in carcere, vbi et tandem mortuus eſt.*

Ademarus in chronico in Lobbei Biblioth MSSt. T. I. pag. 167. *Regnum pro Ludouico accipere voluit patruus eius Carolus, ſed nequiuit, quia Deus iudicio ſuo meliorem elegit. Nam Ep. Aſcelinus Montis-Laudunenſis vrbis, hebdomada ante Paſcha, poſt conuiuium in lecto quieſcentem eum dolo cepit, et conſenſu plurimorum Vgo Dux, F. Vgonis Capetii, in regem eleuantus eſt. At vero Carolus in carcere vſque ad mortem retentus eſt Aurelianis, vbi genuit filios*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/124 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

lios Carolum, et Ludouicum, et expulſi ſunt filii eius a Francis, profectique ad Imperatorem Rom. habitauerunt cum eo.

30.) Videatur teſtimonium Wilhelmi Nangii in probatione antecedente.

31. et 32.) Frodoardus ad a. 953. *Interea Gerberga Lauduni gemonos eſt eniza, quorum vnus Karolus, alter vocatus eſt Heinricus. Sed Heinricus mox poſt baptiſmum defunctus eſt.*

33.) Fragmentum hiſt. Aquitanicae in du Chesne T II. p. 635. *Rex Lotharius terminans vitam, filium reliquit Ludouicum, qui vno tantum anno ſuperuixit.*

Odorannus in Chronico: *A. 987. obiit Hludouicus rex iuuenis, qui nihil fecit.*

Aimoinus Floriacenſis *Lib. III. de miraculis S. Benedicti c. 1. Hludouicus immatura praeuentus morte, deſtitutum proprio haerede Francigenae gentis principatum, vtpote naturalis expers coniugii, dereliquit*

Necrologia, Sangermanenſe, S. Stephani Autiſiodorenſe, et Remigianum, ap. Mabillonium Lib. II. de re dipl. p. 201. *XI. Kal. Iunii Hludouicus Rex Francorum.* 22. May

De vxore eius deſponſata vid. ſubſequens teſtimonium Hugonis Flauiniac.

34.) Hugo Flau. in Chronico Virdunenſ. P. I. poſt a. 981. in Labbei Biblioth. MSSt. T. I. 157. *Lotharius R. Francorum — habuit — vxorem Emmam, Lotharii R. Italiae et Adeleidis poſt Imperatricis F. ex qua ſuſcepit filium Ludouicum, qui adhuc puer Blanciam duxit vxorem: habuitque filium alterum ex quadam nobili puella Arnulfum, qui primum natus eſt, poſtmodum Archi-Ep. Remenſem — Mortuo Lothario Ludouicus filius ſuccedit, et in primano flore iuuentutis obiit, in quo defecit generatio Regum ex familia Caroli M. et ſuccedit ex alia familia Hugo Rex. Quod grauiter ferens Arnulfus clericus, Lotharii F. — patruum Carolum in Franciam reduxit, et Lauduum cepit et retinuit. — Arnulfus propoſito ſibi, vt ſe periurum ſponte conſiteatur, alioquin oculis priuaretur,*

retur, periurum ſe clamat, et veniam petit: atque ita mox deponitur et in loco eius Gerbertus, Diaconus eius ſubſtituitur.

Chronicon Remenſe ibidem p. 362: *A. 989. Hic primus eſt annus Arnulfi Arch. Remenſis A. 991. Ordinatus eſt Gerbertus in Archi-Ep. Remenſem, ex pulſo praefato Arnulfo ab Hugone R. A. 995. Arnulfus Archi-Ep. cum fuiſſet tribus annis in captione detentus Aurelianis a praefato Hugone, Gergorius Papa indigne ferens eius deiectionem, miſit in Franciam legatos duos, fecitque eum liberari de manibus Hugonis, et reſtitui in ſedem Remenſem.*

Acta abdicationis et reſtitutionis Arnulfi Archi-Ep. in concilio Remenſi A. 991. et Moſomenſi A. 995. videantur in Harduini *Concil. T. VI. P. I. p.* 723. 734.

Albericus ad a. 1023. *Obiit Arnulphus Remorum Archi-Epiſcopus.*

35.) Sigebertus Gemblac. ad a. 991. *Carolus Dux moritur. Otto Filius eius, ſuccedit ei in ducatu Lotharienſium*, et ad A. 1005. *Mortuo Ottone Duce ducatus Lotharingiae datur Comiti Godefredo, F. Godefridi Ardennenſis.*

Necrologium Fuldenſe in Leibnitii T. III. Script. rer. Brunſu. p. 766: *M. IV. Otto Dux II. Non. Nouembr.*

36. et 37.) Wilhelmus Nangius l. c. *Habuit autem iſte Karolus duos filios, Ludouicum ſcilicet et Karolum, et duas filias Hawidam et Emengardem. Ludouicus ſucceſſit patri in ducatu Lotharingiae. Ermengardis vero nupta fuit Comiti Namurſiae, de qua deſcendit Balduinus, Comes Hannoniae.* Parum accurate recenſet liberos Caroli Lotharingi Nangius, vt ex aliis teſtimoniis ſcriptorum fide dignorum patet; Nullus alius etiam ſcriptor dicit Ludouicum I. in ducatu Lotharienſi patri ſucceſſiſſe. Ex ſubſcriptionibus vero veterum chartarum tam Blondellus *in genealogiae Franciae aſſert. p.* 37. quam Pagi in Critica Baron. T. IV. ad a. 990. n. 7. probare anniſi ſunt, Ludouicum et Carolum, Fratres ac filios Caroli

Lotha-

Lotharingi, et Carolingorum poſtremos, A. 1008. regium nomen affectaſſe. Nam e. g. charta S. Petri Vzarchienſis in Lemouicibus ita notata legitur: *Actum anno incarnat. Domini MVIII. regnante Roberto, et Ludouico et Carloino.* Vulgo ſtatuitur hic Ludouicus quoque ſator Landgrauiorum Thuringiae, ſed hanc originem iſtius primi Landgrauii Thuringiae merito exploſit celeberrimus Eccardus *in hiſt. genealog. Princip. Saxoniae inf. p.* 313.

38. et 39.) Genealogia B. Arnulfii c. *Carolus Dux genuit Ermengardem, Ottonem Ducem, et Gerbergam fratres et ſorores -- Gerberga, ſoror Ermengardis, genuit Henricum, Mathildem et Lambertum.*

Sigebertus Gemblac. ad a. 977. *Filii Ragineri, vt pro ſe viriliter agerent, animati Francorum auxilio et affinitate, Raginerus quippe Hathuidem, F. Hugonis, poſtea regis, Lambertus vero Gerbergam, filiam Caroli Ducis, duxere vxores, in terra patrum ſuorum relocati ſunt.* Et ad a. 1015. *Godefridus, Dux, Comitatum Montenſem depopulatur, quem Raginerus cum patruo ſuo Lantberto, Louanienſi, inſecutus, ap. Florinas pugnam conſerunt, vbi plusquam quadringenti viri occiſi ſunt, et ipſe Lantbertus occubuit.*

40.) Reſpiciantur teſtimonia Nangii in huis tab. probat. n. 36. et Genealogi B. Arnulfi in probat n. 38. et 39.

COROLLARIA.

I. Diploma Lindauienſe, quod Ludouico Germanico adſcribitur, eſt ſuppoſititium.

II. Vicariatus Palatini poſſeſſio poſt mortem Ferdinandi III. non ſine cauſa fuit ambigua.

III. Tu-

III. Tutela Teſtamentaria filiorum Electorum in A. B. minime eſt ſublata, ſed confirmata.

IV. Illuſtriſſima Gens Comitum Sylueſtrium et Rheni, der Wild-und Rhein-Grafen ſuam non ducit originem, ab Ottone illo Wittelſpachio, qui Philippi Sueui Imperatoris ſanguine manus polluit, vt quidam ſomniant.

V. Ex bellicarum regni Germanici expeditionum hiſtoria clare cogniſcitur diſcrimen inter Vexillum Imperii, et inter vexillum vnius alteriusue prouinciae Germanicae.

VI. Carolus Caluusprimus Imperium Romanum Pontifici fecit precarium.

VII. Ludouicus Balbus Imperatoribus Romanis non eſt annumerandus.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

SLUB DRESDEN

3 0337769

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/129
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

SLUB Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn340175346/130
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG